Da. XII. 26.

11 A 12

CORPVS
IVRIS GERMANICI
PVBLICI AC PRIVATI
EX
AEVO MEDIO.

VELO MEDIO

EX

PARISIENSI PRIVATI

IVRIS GERMANICI

COEPTA

CORPVS IVRIS GERMANICI

PVBLICI AC PRIVATI

Biblioth: Abb. Basth.

HACTENVS INEDITVM

74 E 82

BIBLIOTHECA SENCKENBERGIANA

EMISSVM

ET

PRAEFAMINE

IPSIVS SPLENDIDISSIMI POSSESSORIS

ORNATVM.

TOMVS I

EXHIBENS

PARTEM PRIMAM ET SECVNDAM

QVARVM ARGVMENTA

TABVLA CVIVIS PRAEFIXA INDICAT.

CVRAVIT, EDIDIT ATQVE INDICES COMMODOS ADIECIT

GVSTAVVS GEORGIVS KOENIG DE KOENIGSTHAL

DIVERSORVM PRINCIPVM AC STATVVM IMPERII A SANCTIORIBVS CONSILIIS

NEC NON LIBERAE REIPVBLICAE NORIMBERGENSIS

CONSILIARIVS PRIMARIVS.

FRANCOFVRTI ad MOENVM,

APVD IOHANNEM AVGVSTVM RASPIVM.

M D C C L X.

Sinclair. Adv. Library.

BIBLIOTHECA
SENCKENBERGIANA

CORPVS IVRIS GERMANICI

PVBLICI AC PRIVATI

TOMVS I

EXHIBENS

PARTEM PRIMAM ET SECVNDAM

CHARTAS ANTIQUISSIMAS

FABULA CUIUS PRAETEXTA INDICAT.

FRANCOFURTI AD MOENAM
APUD HOLLAVIUM AUGUSTUM RASPIUM.
MDCCLXX

CORPORIS IVRIS GERMANICI

PVBLICI AC PRIVATI

EX

AEVO MEDIO

PARS PRIMA

CONTINET:

I. Ivs Caesarevm; sive Kayser-recht: Germanice & Latine ex Quinque Codicibus manuscriptis rite conservatis.

II. Ordinem Ivdiciarivm Ivris Provincialis suppletum & emendatum, ac Parte II. auctum; sive Richtstich Landrecht ex Quatuor Codicibus.

III. Ordinem Ivdiciarivm Ivris Fevdalis integritati suae restitutum; sive Richtstich Lehnrecht: ex Codice Manuscripto.

IV. Syllabvs vocum aut obscurarum aut obsoletarum, cum succincta earum expositione; & Illvstramentis Grashofianis, in *Iuris Caesarei* Libros I. & II.

CORONIDIS LOCO ADDITVS EST

TRIPLEX INDEX

RERVM PRAECIPVARVM

IN IVRE CAESAREO ET VTROQVE ORDINE IVDICIARIO

OCCVRRENTIVM.

FRANCOFVRTI ad MOENVM,

APVD IOANNEM AVGVSTVM RASPIVM.

MDCCLIX.

TRIPLEX INDEX

CORONIDIS LOCO ADDITUS EST

IN IVRE CAESAREO ET AERARIO ORDINE IVDICIARIO

TRIPLEX INDEX

CORONIDIS LOCO ADDITUS EST

I. IVS CAESAREVM, IVRE KAYSER-RECHT: CAESARIANVM

EX Codice Manuscripto

II. ORDINEM IVDICIARIVM IVRIS PROVINCIALIS

EX Codice Manuscripto

III. ORDINEM IVDICIARIVM IVRIS FEVDALIS

EX Codice Manuscripto

CONTINET:

PARS PRIMA

AEVO MEDIO

EX

FABRICI AC PRIVATI

IVRIS GERMANICI

CORPORIS

AVGVSTISSIMO·ATQVE·INVICTISSIMO

CAESARI

FRANCISCO

SANCTI·CAROLI·MAGNI

FELICISSIMAE·PROPAGINI

VIRTVTVM·QVE·AEMVLO

PACE·BELLO·QVE·ET·LITTERIS·IVXTA

MAGNO

GERMANIAE·ITALIAE·AC·HIEROSOLYMORVM

REGVM·MAXIMO

AVITAE·DVCVM·LOTHARINGIAE·GLORIAE

HEREDI

MAGNO·DVCI·TVSCIAE

TEVTONICORVM·PRINCIPVM·DECORI

Stör. fecit

CORPORIS
IURIS GERMANICI
PUBLICI AC PRIVATI

I. [illegible]

II. [illegible]

III. [illegible]

IV. [illegible]

INDEX

AVGVSTISSIMO·ATQVE·INVICTISSIMO

CAESARI

FRANCISCO

SANCTI·CAROLI·MAGNI

FELICISSIMAE·PROPAGINI

VIRTVTVM·QVE·AEMVLO

PACE·BELLO·QVE·ET·LITTERIS·IVXTA

MAGNO

GERMANIAE·ITALIAE·AC·HIEROSOLYMORVM

REGVM·MAXIMO

AVITAE·DVCVM·LOTHARINGIAE·GLORIAE

HEREDI

MAGNO·DVCI·TVSCIAE

TEVTONICORVM·PRINCIPVM·DECORI

IMPERATORI
PIO·FELICI
SEMPER·AVGVSTO
CONSERVATORI
PATRI·QUE·PATRIAE
TOTVM·SE
DEO·ET·IMPERIO
CONSECRANTI.

OPTIMO·PRINCIPI
A·CVJVS·FACIE
PERENNEM·SPIRANTE·SERENITATEM
RELIGIO·EST
TRISTEM·JVSTA·PETENTEM
ABIRE·QVEMQVAM·

SVO
NVMAE·LEGVM·SACRARIA
VINDICI·SVO·GERMANIA
IMPERIVM·ROMANVM
AVGVSTO·SVO
TOTVS·DENIQVE·TERRARVM·ORBIS
REGVM·PRNICIPI

VOTA
NVNCVPANT·SOLVVNT·QVE
DEBITA:

CAESARIS

VT

INVICTA · VIRTVS

TELLVRE · STABILITA

LIBERATIS · BELLICO · TVMVLTV · CIVIBVS

PATRIA · EX · INCENDIO · EREPTA

JANVM · GEMINVM · CLAVDAT

ITERVM

TANDEM · QVE

REDDAT

QAE · VIGEBAT · PRIDEM

FRANCISCO · IMPERANTE

HOC · IPSO · SVB

HERCVLE · PACIFICO

FORTVNA · REDVCE

TEMPORVM · HILARITATEM

INTERPRETE · NVNC · VOTORVM

ETSI · MINIMO

NEQVE · INFIMI · TAMEN

ERGA

CAESAREM · ET · IMPERIUM

STVDII · QVE · ET · ZELI

CORPORIS
IVRIS·GERMANICI
PVBLICI·AC·PRIVATI
EX
AEVO·MEDIO
PROCVRANTE
DIAE·THEMIDIS·ANTISTITE
ET·QVIDQVID·IN·COMMVNE·IVVET
TOT
QVAMLIBET·VIGILIIS·LABORIBVS
ET
IN·CONQVIRENDO·TAEDIIS·DEVORATIS
VT·MAXIME·SVVM;
SVVM·TAMEN·NEC·REPVTANTE
A·TEMPORVM·INIVRIA
SERVATI
EDITORE
QVI
SECVM·VNA·ILLVD·SVA·QVE
OMNIA·QVALIACVNQVE
SACRAE·CAESAREAE
MAIESTATI·ATQVE·CLEMENTIAE
AD·GENVA·PROVOLVTVS
DEVOTISSIMO
ANIMI·CVLTV·ATQVE·OBSEQVIO
D·D·D.
CONSECRAT·QVE

GVSTAVVS·GEORGIVS·KOENIG·DE·KOENIGSTHAL

SYLLABUS PRAEFATIONIS.

§. 1. *Praefationis occasio & Consultissimi Königii in hunc librum merita.*

§. 2. 3. *De contentis & (1) de libro* KAYSERRECHT *dicto. Eo nomine dicta omnia Jura ab Imperatoribus recepta aut lata.*

§. 4. *Caroli IIII. testimonio Keyserrecht Lex Imperialis Germanica. Id quod Documento* Numero I. *probatur.*

§. 5. Kayserrecht *idem quod* geschrieben Recht. *De Jure in Dania Kayserrecht dicto, fide* Numeri II.

§. 6. 7. *Speculum Alemannicum etiam* Kayserrecht. *Quo pacto illud publica auctoritate conflatum? & Legis in uicem receptum?*

§. 8. *Speculum Saxonicum etiam Jus commune ac Caesareum. Illius aetas ac autoritas.*

§. 9. *Eius usus continuus forensis.*

§. 10. *Nomen des* Kayserrechts *autem in specie haesit nostro, quod edimus. Dispositio de eo dicendorum. Spes Commentarii.*

§. 11. *De (1) autore huius collectionis. Est is incertus, sed Leges Conradi II. ac Successorum eius Francicorum libro illatae.*

§. 12. 13. 14. *Antiquissima certe haec nostrarum collectionum, ob vetustos mores illic occurrentes, & testimonium Gerstenbergeri ac Emmerichii.*

§. 15. 16. *Judicia eruditorum de hoc libro. Koppii sententia non esse Conradi II. sed sequioris aevi Jus Francicum provinciale. Habitus Juris Francorum excutitur.*

§. 17. *Non admodum differentia fuisse Francorum & reliquarum Germaniae gentium Jura demonstratur.*

§. 18. *Gruberi mens, esse collectionem privati seculo XIIII. uindicandam, perlustratur.*

§. 19. *Claprothii dubiis satisfit.*

§. 20. 21. *Dum Knorrio respondetur, simul demonstratur, quid vox ministerialis loco vocis Vasalli occurrens pro antiquitate libri efficiat.*

§. 22. *Drümmelii elogia ac cogitata recensentur.*

§. 23. *Rudolphus cum monitis dimittitur.*

§. 24. *De Wichtio, cuius cogitata* Numero III. *exhibentur, Eisenharto ac Püttero ad Friderici II. aetatem declinantibus; ubi dum grandior aetas vindicatur, simul de crudelitate Legis Saxonum aliquid refertur.*

§. 25. 26. *De (2) Manuscriptis a me adhibitis, & primo Eschwegensi, cuius aetas & varia alia ad illud spectantia extricantur.*

§. 27. *De Secundo, & Codice Colonienſi.*

§. 28. 29. *De Codice tertio Ulmenſi.*

§. 30. *De Codice quarto Oſnabrugenſi ſive Eybeniano.*

§. 31. *De Codice quincto Guelpherbytano.*

§. 32. 33. *Dantur Codicum libri latentium alicubi, aut deperditorum indicia, & Codicis Uffenbachiani ſchema* Numero IV. *refertur.*

§. 34. *Tractatur* (3) *de autoritate libri* Jus Caeſareum *dicti. Haec fuit univerſalis.*

§. 35. *De publicatione & confirmatione. Liceret allegare confirmationem aut Alberti I.* 1302. *aut Maximiliani I. in Comitiis Colonienſibus.*

§. 36. *Uſus viridis huius Codicis in Weſtphalia, ut & in Friſia orientali ac vicinia.*

§. 37. *De illius allegationibus & antiquis & recentioribus, in terris Brunſuicenſibus, Thuringicis ac Haſſiacis.*

§. 38. *In Wetteravia & Francofurti.*

§. 39. 40. *Coloniae Agrippinae & in vicinia, ubi excerptum Chronici Colonienſis* Numero V. *praebetur.*

§. 41. *In civitate Auguſtana.*

§. 42. *Viennae ac in Auſtria.*

§. 43. 44. *Uſus maximus in faſcem colligitur, & exemplis utentium illuſtratur.*

§. 45. *Etiam* (4) *de* naevis & erroribus *in Codice occurrentibus, ut & obiectionibus generatim diſſeritur.*

§. 46. *De ſimplicitate dictionis ac totius formae, & quae huius rei ratio.*

§. 47. *Ordinis non ſatis concinni defenſio.*

§. 48. *Differentia Exemplarium a ſe invicem expenditur.*

§. 49. *Obiectio, alium Codicem eſſe, ex quo Jus Caeſareum ſua deſumſerit, ſolvitur.*

§. 50. *De iis, qui Jura Germanica antiqua exculta nolunt, contra recentioribus tantum haereant.*

§. 51. *Obmota contra vigorem Juris Caeſarei per totam Germaniam medii aevi.*

§. 52. *Inde* (5) nexum perpetuum Juris patrii, ad ductum Caeſarei Juris in ſummam contractum *demonſtraturi, ordimur a procedendi modo, quem*

§. 53. *uſque ad* 60. *in civilibus continuat, eumque totum ad umbrat.*

§. 61-64. *Criminum vindicta, qualis olim erat, extricatur.*

§. 65-71. *De Jure perſonarum & eo ſpectantibus.*

§. 72. 73. 74. *De Jure Dominii & rerum acquirendarum ac transferendarum.*

§. 75. *De Condominio ſive Dominio Ganerbico.*

§. 76-80. *De rebus civitatum curiarumque Imperialium communibus, nec non toto Jure antiquo colonario.*

§. 81. 82. 83. *De Contractibus & pactis.*

§. 84. 85. 86. *De ultimis voluntatibus & Jure haereditario.*

§. 87.

§ 87. *De Jure Publico, inprimis Imperatoris ac Principum.*

§. 88. *De tutela Imperiali Pacis publicae.*

§. 89-92. *De Jure publico civitatum Imperialium.*

§. 93. *De re feudali, & principio de origine & conditione Nobilitatis ac ſtatus miniſterialium.*

§. 94. *De Jure Domini ac Vaſalli in feudo.*

§. 95. *De Inveſtitura.*

§. 96. *De ſucceſſione pro diviſione plena & minus plena celebrata.*

§. 97. 98. *De Judiciis feudalibus Ordinariis ac ſummariis.*

§. 99. *Digreſſiones de uſu harum doctrinarum in hodierna Juriſprudentia.*

§. 100. *Praecipue in viſione de Mandatis cum & ſine Clauſula, quae meri Germanici Juris ſunt, ut & de Citationibus ſimplicibus ex Jure Romano adſcitis.*

§. 101. 102. *Quomodo* (6) in hacce editione proceſſum ſit, *dicitur, & aliquid de Juribus colonariis interſpergitur, idque excerpto ex* van STEINEN *Marcanis* Numero VI. *illuſtratur.*

§. 103. *De gloſſario ac illuſtramento Libri I. & II. quod acceſſit, Grashofiano.*

§. 104. (*II.*) *loco* DE ORDINE JUDICIARIO PROVINCIALI Richtſtig Landrecht, *eiuſque aetate.*

§. 105. *De eius uſu.*

§. 106. *V. C. Grashofii curae ei impenſae. Et de Codice primo Eybeniano.*

§. 107. *De Codice ſecundo Berleburgenſi.*

§. 108. *De Codice tertio Gunderrodiano.*

§. 109. *De Codice quarto Darmſtatino, cui Pars II. eſt annexa.*

§. 110. *De Codice quincto Lunaeburgico.*

§. 111. *De Codice Colonienſi, & obiter de editionibus Speculi Saxonici in Coloniae vicino Belgio. De figuris Ordini iudiciario & Juri Caeſareo praefixis.*

§. 112. *Tempus, quo ordinem iudiciarium, Richtſtig dictum, Saxones deſeruerint, cum illius occaſione refertur.*

§. 113. (*III.*) DE ORDINE JUDICIARIO FEUDALI, (*IIII.*) DE GLOSSARIO ET ILLUSTRAMENTIS *Juris Caeſarei* Grashofianis.

§. 114. *De* INDICIBUS & REVISIONE. *Concluſio.*

MAN-

MANTISSA DOCUMENTORUM.

Num. I. CAROLI IV. Privilegium Fuldenſe quo dicit, ſe Legem ſive Keyſerrecht publici Juris reddidiſſe, illamque etiam Eccleſiae Fuldenſi prodeſſe debere. 1357.

Num. II. Index Juris Danici, Keyſer Rettenn dicti.

Num. III. Excerptum ex Matthiae van Wicht Codicis Oſtfriſici praefatione, Membro 2.

Num. IV. Recenſio Codicis quondam Uffenbachiani.

Num. V. Extract der Cölniſchen Chronick bey Iohann Kölhof 1499. fol. 149.

Num. VI. Extract aus van Steinen Verſuch einer Weſtphaeliſchen Geſchichte, inſonderheit der Grafſchafft Marck (Dortmund 1749. 8vo.) Tomo I. Anhang nach dem VI. Stück a pag. 1685. uſque ad pag. 1749.

PRAE-

PRAEFATIO.

§. I.

Praefari lubet libro & meo, & quem a me abdicatum nolim; & non amplius meo, sed Clarissimo in litterisque haud ignoto Viro, Domino GUSTAVO GEORGIO KOENIG de KOENIGSTHAL, in adoptionem quasi, nova Lege Romana ita dato, ut Jura familiae sacraque sint salva. Is vero ille fuit, qui magno & improbo labore, haud modico impendio, temporis, quo non abundat, gravi iactura, & ut uno verbo dicam, omni mentis corporisque nisu eo allaboravit, ut librum a me sibi concreditum, additis multis, quae mihi expedire non licuerat, extruderet. Neque vero id a me tantis negotiis tamque variis obruto expectari potuisset. Et deerant alicubi versiones. Nulla enim in sermonem latinum facta translatio, Tomo I. & II. huius operis mea est, excepta illa, quam Juri Caesareo adiunctam vides, ante annos utcunque confecta. Si eam retractare emendareque, si mihi praesentem in loco impressionis esse licuisset, id quod hic affixo

affixo quaſi integrum non fuiſſe quilibet ſecum reputabit, erant quae adderem, erant quae retexerem, erant quae forte rectius digererem. Sed ſi cuncta penitus perfecta dare induxiſſem animum, & Viennae opus typo committere, nunquam forte illud erat proditurum, tot tantisque impedimentis obſtantibus. Nec Koenigio meo vel ipſi tantum otii a re ſua, ut nil niſi hoc ageret. Siſtat ergo ſe opus, multi ſudoris, uti potuimus, non uti voluiſſemus. Et id non diſtuliſſe amplius, favorem legentium conciliabit, eo, ut & reliquis indulgeant.

§. II.

Nunc de contentis dicere, pro more annitar. I. Exhibemus librum KEYSERRECHT dictum, a pag. 1. uſque ad 124. Is in fronte ob antiquitatem collocatur. Et omnibus cana libri aetas iam ſatis eſt nota. Uti Imperator toti Imperio praeerat, ita etiam Jus illius univerſale. Idem ergo eſt *Keyſerrecht*, *Koenigsrecht*, *geſchrieben Recht*, *gemeines Recht*. Vidit iam id B. HALTAUS. (*a*) Et inde etiam *gemein Recht*, Jus civile Juſtiniani, ut itidem Caeſareum, uti dictus auctor recte docuit. Non autem ſequitur, ſi quis dicat, aliquem eſſe filium ſuum, eum praeterea filios non habere. Et ſi Imperator SICHARDUM dixiſſet Jurisconſultum, inde non ſequebatur, eo ipſo eum reliquis omnibus hoc nomen ademiſſe, & huic ſoli Jus eo utendi, excluſis omnibus caeteris, qui haud ſecus Germaniam Jure ſuo turbabant, fuiſſe. Oggeres, neminem ſano ſincipite utentem ita rationes eſſe ſubducturum, meque nugas agere; Attamen eo modo comparata erat lingua Jurisconſultorum, quando Jus ſuum Romanum, ideo quia Caeſareum, quia commune appellabatur, excluſivam omnium reliquorum autoritatem nactum contenderunt. (*b*) Et quanta non in hac re aſſerenda confidentia ac pertinacia, quaſi negotium vel nuda affirmatione confectum ſit, quin ne quidem contradicere liceat. *Keyſerrecht* certe vocabantur omnia Jura ab Imperatoribus, aut Romanis aut Germanicis quoctumque demum tempore lata, aut eo uſu & incremento quaſi utentium latente adſcita, cum

Con-

Conſtitutionibus nonnulla ſenſim ſenſimque adieciſſent. (*c*) Vanum fuerat, ſoli Juri Romano, ob nomen Juris Caeſarei & communis, privativae Legis rationem tribuere. Exceſſerunt contra illi etiam, qui patrum memoria Juri Romano hoc nomen abrogare, & ſolis noſtri Imperii conſtitutionibus, Juris Caeſarei nomen tribuere allaborarunt. Adoptione quaſi, aut cum parens amplius non eſſet, ſi ridere liceat arrogatione, Jus Romanum in poteſtatem Imperatorum noſtrorum redactum, & in nomen Juris Caeſarei Germanici tranſivit. In Clero maxima huius rei conſtitit ratio, in temporum inde ignorantia, in exiſtimatione Romanis apud nos parta. (*d*) Amantur peregrina, quia inſolita; ſpernuntur domeſtica, cum obvia ſint. Et ita proceſſimus, ita procedemus, Germani cum ſimus. Providae futuri gentes, diverſo a nobis modo. Mala publica, quorum haec particula eſt, acriorem dicendi modum a me poſtulant.

(*a*) Gloſſar. voce *Kayſerrecht* p. 1075. *Gemein Recht* p. 641.

(*b*) Nos autem iam olim demonſtravimus, uti Jus Caeſareum multiplex datur, ita etiam dari triplex Jus commune. *Diſſ.* de Probat. §. 39.

(*c*) Ita e. g. Luitgardis Abbatiſſa Gandersheimenſis circa 1361. dicit: *na der denſtman rechte alſe we dat beſcreven vindet in deme keyſer rechte, in deme Capitele, dat ſek beghinnet: Got heft den Mynſchen ghebildet, næ ome ſuluen &c.* apud HARENBERG Hiſtor. Gandersh. Diplom. p. 1169. Citat hic ſub nomine des Keyſerrechts SPECULUM SAXON. *Landrecht* L. III. art. 42. ubi Conſtitutio Friderici 1181 de miniſterialibus refertur, ſed admodum interpolata, & additis aliis, de quibus Fridericus ne per ſomnium quidem cogitaſſet. Et tamen omnia, uſu ita ferente, *Keyſerrecht* vocata.

(*d*) SENCKENBERG Method. Append. III. §. 52.

§. III.

Keyſerrecht ergo accipitur pro quocumque Jure Caeſareo, aut antiquitus aut recens ab Imperatoribus noſtris conflato, aut vero adſcito, modo Imperiali autoritate valeret. Et eatenus Juri Pontificio, *Paebſtlich Recht*, ſive *Geiſtlich Recht*, uti Jus ſeculare, *ein vveltlich Recht*, & Juri cuiuſque Provinciae, ut *gemeines Keyſerliches Recht* opponitur. Pontifex certe Princeps, & ſummus rerum Moderator in Eccleſiaſticis; ſed aeque lingua Jurisconſultorum, Imperator

talis in civilibus per totum orbem terrarum tantum non cretus. Uti illius constitutiones in universum obtinebant, ita & huius, sensu iterum Juris interpretum. In tantum vero nemo unquam animum induxit, ut titulum Juris Caesarei solis Romanis in aevo medio tribueret, aut ut Jus Caesareum scriptum, *Kayserlich geschrieben Recht*, non novis Constitutionibus applicari posse & debere crederet; ut potius Carolus IIII. a 1366. disertis verbis referat, *Khayserliche Recht oder Gesetze die nun funden und geschrieben sind, oder hienach funden und geschrieben werden.* (a) Si vero Leges novae *Khayserliche Recht oder Gesetze* cottidie scribi poterant, inde simul patebit, sub titulo *Juris scripti* Caesarei *Keyserrecht* Jus scriptum Caesarum nostrorum Germanicorum intelligendum esse. Is ergo huius enunciationis sensus etiam in aliis chartis, quae passim occurrere solent. Et inde etiam mihi ipsi patet, me olim verba *Keyserlich und Küniglich geschrieben Recht*, alibi in Diplomatis Caroli IIII. occurrentia, non recte satis de Jure Romano, quod tum nondum in Germania alicuius abollae progressus fecerat, accepisse. (b) Nec etiam Ludovicus IIII. de Jure Romano locutus esse videtur, quando 1342. recepit, se in iudicio suo aulico iudicaturum esse, *nach Küng- und Keyser Gesetzen und iren geschriben Rechten.* (c) Rectius haec omnia de Juribus scriptis Imperatorum nostrorum, ob iam dicta, commode interpretari licebit.

(a) Carolus IIII. in Confirmatione der Erbeinigung zwischen Böhmen und Oesterreich apud LUNIG Reichs-Archiv Part. spec. Cont. I. unter Böhmen, pag. 60. ubi: *Und ob das were, daß eine Khayserliche recht oder Gesetze, die nun funden und geschriben sind, oder hienach funden und geschrieben werden, wider diese vorgeschriebene Gemächtnis Ordnung und Bündtniß in einem Weg alleklich oder bey theilen die meinen wir ab und wiederruffen tödten und vernichten sie &c.*

(b) *Methodi* Jur. Append. III. §. 48. p. 136.

(c) Tomo I. RECESS. IMPER. p. 44. n. 24. & de GUDENUS Cod. Diplomat. T. III. p. 324. ubi: *Daz man fürbaz vor desselben unsers Herrnn des Keisers Hofgericht allermanniclichen richten sulle und müge, nach Künig und Keisern seiner Vorvare an dem Römischen Reiche Gesetzen und ire geschriben Rechten.*

§. IV.

§. IV.

Ut vero nullum dubium ſuperſit, oſtendam ex ore ipſius Caroli IIII. praecipue illud dictum eſſe *Keyſerrecht*, quod Imperatores noſtri Germanici ipſi conſtituebant, & per vices publici juris reddebant, aut ab Anteceſſoribus Germanicis ad eos devenerat. Allego hanc in rem Caroli IIII. Diploma pro Eccleſia Fuldenſi, anno 1357. emiſſum, ubi dicit, ſe *mit rat und vvillen aller Kurfürſten des heiligen Reichs, in unſerm offenen Keiſerlichen hove und von unſer Keiſerlichen Mechte vollenkummenheit, ein* GESETZE UND KEISERRECHT *von den Phalburgern* confeciſſe. (*a*) Do hoc Diploma integrum ſub *Numero I.* Pendebat autem Jus condendi huiuscemodi Keiſerrecht, ut nonnullas obſervationes addam, tum ab Imperatore & Electoribus. Expediebatur deinde aut integrum, aut illius lacinia, pro quocunque expeditione opus habente. Cumque Lex illic adducta ſit pars Aureae Bullae, ſimul etiam inde apparet, eam non alio modo in origine publici iuris eſſe redditam, id quod alibi iam nobis ſuboluit. (*b*) Inde etiam de eo certi ſumus, ipſam Auream Bullam *Keyſerrecht* dictam, fuiſſeque jam 1357. Exemplum illius Germanicum, id quod tum confectum eſſe etiam aliunde addiſcitur. (*c*) Et cum dicat, hanc rem geſtam, *an unſerm offenenen Keiſerlichen hove*, in plenis comitiis, poteſtatem legislatoriam, penes ſolos Electores, reliquis etiam praeſentibus reſediſſe, luce meridiana clarius redditur. (*d*) Habes ergo *Keyſerrecht* pro Lege, & pro Lege totius Imperii communi. Unde etiam latino ſermone ap. cit. WENCKERUM dicitur eodem ſenſu *Lex Imperialis*, id, quod in Diplomate Fuldenſi *Keyſerrecht* vocat. Non opus foret, haec operoſe probare, niſi darentur clara in luce caecutientes.

Num. I.

(*a*) apud SCHANNAT Tradit. Fuldenſ. p. 333.

(*b*) in Epiſtola nouae Receſſuum editioni praefixa ad Dominum ab Ohlenſchlager §. 4. 5.

(*c*) ex Documento apud WENCKER de Usburger. p. 66. 67. apparet a. 1356. in Purificatione B. Mariae Virg. non niſi latinam conſtitutionem civitatibus Alſatiae publicatam eſſe.

(*d*) Probatum id iam paullo amplius in denen *Gedanken* von dem Gebrauch des deutſchen burgerlichen und Staatsrechts cap. III. §. 47. ſqq.

§. V.

Keyſerrecht ergo in genere idem ac *geſchriben Recht*, Jus ſcriptum. Et inde haec vox *geſchriben Recht*, etiam libris & collectionibus Juris Germanici propria. Adduco teſtem alicuius nominis, tempore Alberti I. viventem, & de eius aevo teſtantem (*a*). Certe nemo aſſerere audebit, hic de libris Juris Romani differi. Sermo vero feritur de Speculis, ut libris, qui ſint *geſchriben Recht*. Extat enim conſtitutio, cuius cauſſa libros evolverant, in SPECULO, quod ALEMANNICUM dicunt (*b*), & inde etiam in SPECULO SAXONICUM dicto (*c*), fortaſſis etiam alibi. Inde etiam hos libros dictos eſſe *Jura Imperatorum Chriſtianorum*, probatione idonea iam effeci (*d*). Et apud Danos vel hodie illud Jus, quod ex Germania in criminibus & alias adſciverunt, *Keyſer Retten* vocatur, ſive hoc ex Legibus, ſive ex conſuetudinibus ſit. Indicium huius rei praebebo, ſi legere placeat id, quod ego ex benivola communicatione Viri Illuſtris *Petri Koföd* ANKER Hafnia accepi, Juris Danici *Keyſerrecht* dicti ſpecimen *Num. II.* Mixta illic omnia; Germanicae Leges, conſuetudines, Jus Romanum.

Num. II.

(*a*) OTTOCARUM AB HORNECK Chron. Auſtr. c. 687. p. 630. ap. *Pez* Vol. Auſtr. III. ubi eum poſt electionem conſtituiſſe dicit:

Mit den Furſten gemain
Ward er enain,
Daz ein hof ward geſprochen
Vber achzeben VVochen,
Nach geſchriben Recht an den Puchen
Den hof zu Nurnberg ſolten ſuchen,
Die die Furſten ſind gehaiſzen
In Dewtſcher Landen Chraiſſzen
Auf Sand-Merteins Tag.

(*b*) SPEC. SUEV. apud *Schilter.* T. II. Anecdot. c. 122. n. 3. & 125. n. 1.

(*c*) SPEC. SAXON. L. III. art. 64.

(*d*) Gedanken von dem Gebrauch des deutſchen bürgerlichen und Staatsrechts c. I. §. 25. 26. ſqq.

§. VI.

Keyſerrecht ergo etiam hoc ſenſu Jus illud, quod ALEMANNICUM Speculum dicitur. Illud ad Carolum M. vel

vel Fridericum I. refertur, alii Ottoni IIII. & confirmationi 1208 factae, illius autoramentum tribuunt (*a*). Ego vero in Friderico I. substiti, sub eo initium Collectionis factum, postea a successoribus reliqua addita esse, & privatis notaminibus insertis, usu receptioneque autoritatem legalem contigisse credens (*b*). Eo vero haec omnia, ut scias, fuisse Speculum hocce & nomine, & usu, *Jus Caesareum*. Sunt etiam Basileae in curia duo Codices msti, uti ex amicis Consultissimi Viri *Rudolphi* ISELII, Consiliarii aulici Badensis & Professoris Jurium Celeberrimi literis novi, Rudolphi I. in solemni curia 1286. factam confirmationem nobis referentes, nec diu ab illius aevo remoti. Id si verum foret, toti corpori, uti nunc iacet, confirmationem accessisse sciremus. Sed utut ego Viri eruditi indicio deferam, plenius tamen de omnibus instrui cupio. Ast de autoritate huius Speculi legali nemo dubitabit, qui sciat, (1) dictum esse hunc librum *geschriben Recht* (§. V.) ei deinde (2) Novellas Imperatorum constitutiones iussu Imperatorum esse illatas (*c*): in singulis quoque territoriis (3) libris Statutorum accessisse, ita ut pars illorum fieret. Publica vero autoritate Dominorum & Magistratuum id geri moris fuisse, partim alibi ex usu Austriae probavi (*d*), partim etiam ex usu populi Bononiensis, quo id certius credatur, iam efficiam. Agitur illic de quodam Statuto Bononiensi 1287. condito. Et deinde re confecta decernitur, ut hoc Statutum, vim quippe legalem perpetuam habens, inseratur libro Statutorum communis Bononiae. Leges verba excerpta in margine (*e*). Ea ergo omnia, quae libris id genus publicis ac iudicialibus inferebantur, iussu praevio indigebant, haudque secus ac ipsa Statuta obligabant, atque in Juridicis pro norma erant. Hinc etiam saepe iussu Caesareo opus, ut talem librum conficere liceret, id quod Augustae factum (*f*). Et huic ipsi libro Augustano, qui in mea est Bibliotheca membranaceus, Schiltero autem *Codex Krafftianus* dicitur, Speculum Suevicum, quod vocant, primo loco illatum, quale quid etiam Viennae, Eschwegae, & mille aliis in locis contigit.

(*a*) SCHILTERUS in praefat. ad Jus provinciale Alemannicum §. 3. 4. & praef. ad Jus feud. Alemann. §. 16. 18. 19.

(*b*) cit. libro Gedanken von dem Gebrauch des deutſchen burgerlichen und Staatsrechts cap. I. per tot.

(*c*) SENCKENBERG Method. Jur. Append. III. p. 133. DRÜMMEL Corp. Legum & Conſuetud. p. 285. & nota.

(*d*) dicto libro Gedanken c. I. §. 19. Adde DREYER Diſſ. de variis Codicum Jur. Germ. denominat. p. 13. & Part. I. der Samlung p. 103. HALTAUS de turri rubea §. V.

(*e*) STATUTUM BONONIENSE (editum illic 1735. fol.) Tom. II. p. 348. ubi: *Facto partito ſupradictis* (Antianis & populo) *placuit, ponentibus fabas albas, quod omnia quae continentur in eis valeant,--- & ſcribantur & ponantur in* STATUTO & LIBRO STATUTORUM COMMUNIS & POPULI BONONIAE, *per me infraſcriptum Rolandinum Notarium*, qui deinde tanquam *Antianorum & Conſulum Notarius* ſignat.

(*f*) Diploma Rudolphi I. apud LUNIG Reichs-Archiv P. ſpec. Cont. IIII. p. 89.

§. VII.

Accedat (4) uſus huius Speculi continuus ac legalis, itidem a me nuper latius deductus, (*a*) atque in publicis ac privatis Juribus valens, & (5) nulla ſupererit cauſſa ambigendi, cur veteres hunc librum modo ad hunc modo ad illum Imperatorem, ut Jus Caeſareum commune retulerint. Inerant ei Conſtitutiones Imperatorum diverſi temporis, eorum iuſſu illatae, additae erant Conſuetudines diverſorum locorum, ſequebantur privata interdum, ratiocinia, ſed cuncta aut confirmatione expreſſa, (§. VI.) aut uſu probata receptaque. Num ergo hic in re plana ulla difficultas? Nemo etiam de Speculi huius conditione unquam dubitaſſet, ſi ſeculo Caroli V. tot ei contigiſſent vates ſacri, quot Juri Romano Juſtinianeo tum fuerunt, & magno patriae malo. Ferenda tutius erant Jurisconſultorum patriorum paſſim Speculis inſerta ſomnia, quo Gloſſatorum & ſomniis & nugis careremus. Non iſta ſane ad Rempublicam evertendam pertinebant, uti quidem illa quae Gloſſatores, aut etiam Jurisconſulti non niſi Romana mirantes, invexerunt. Sed de his & diſſeruimus, & Spicilegium dictorum foret ampliſſimum.

(*a*) cit. libro Gedanken cap. I. & III. paſſim & multis modis.

§. VIII.

§. VIII.

Uti Speculum Alemannicum Juris Caesarei partem constituit, ita etiam Jus SAXONICUM in Speculo traditum. Non id tantum hoc demonstrat, quod superius paulo (§. II.) diximus, sed & illud, quod de Juribus Imperatorum Christianorum (§. V.) attulimus. Saxonica enim utplurimum haec Jura erant, ad Danos, Livonos, Aestiosque propagata (*a*). Saxonica ergo Jurium collectio longe antiquior, atque vulgo esse existimatur, quae nobis semper sententia sedit. Et sunt nobis ipsis Jura Livonica in MSto antiquissima, nil nisi Saxonica redolentia. Haec Jura nobis haud secus ac Alemannica, *Landrecht*, Jus civile, Jus commune, Jus Caesareum (*b*). Et semper pro communibus Saxoniae & postea habita sunt. Imo id etiam ex iis patet, quae HALTAUSII notavit industria, ubi vox *Landrecht*, per Jus Caesareum & commune redditur (*c*). Confirmatum Speculum Saxonicum a Friderico II. 1213. in Comitiis Martisburgensibus refert SPANGENBERGIUS (*d*), quem vellem idoneum testem addidisse. Et quidem omnino dubio caret, Fridericum eo anno & Martisburgi fuisse, & Comitia celebrasse (*e*). Nec ambigo, quin ex observantia, privilegia & Jura Saxonum illic confirmaverit, semper a novo Rege, initio Regiminis, pro veteri more, repetito assensu confirmanda, cum Imperium recens obiret (*f*). De Speculi Saxonici etiam existentia adeo nullus haereo, ut potius illud adfuisse iam ab anno 1160. inde usque credam (*g*). Qua in re eo lubentius nunc denuo subsisto, postquam VIRUM ERUDITUM diu ante me probasse video, iam anno 1180. hoc Speculum extitisse, & publici fuisse usus (*h*). Cui opinationi etiam illud succurrit, quod *Epko* REPKOVIUS iunior ipse, qui ad Wilhelmi Regis tempora pervenit, vel in prologo suo, Speculo longe recentiore, non dicat, se hoc Jus condidisse, sed illud alibi Constantino M. assignet, certo argumento, collectionem longe fuisse antiquiorem, & hunc tantum aliquid addidisse (*i*). Testis ille sane omni exceptione maior, cui credere nolle piaculum foret. Et nova praefatio de gestis ad sua tempora pertinentibus loquens,

illius esse videtur *(k)*. Sufficiet vero hoc Speculum antiquissimum, & Jus Caesareum omnino censendum.

(*a*) ARND Liefländischen Chronick. 2ter Theil p. 23. In dem Iahr 1228. ubi: *Der Bischof Albert richtete nach Maßgebung der Sächsischen Rechte, das erste und alteste Ritter-und Landrecht ein* &c. wo er hernach auch den Inhalt anführet.

(*b*) *Gedanken* von dem iederzeit lebhaften Gebrauch des deutschen Rechts c. I. §. 24. sqq. & c. III. §. 9. 10.

(*c*) Glossar. Jur. Germ. verbo *Landrecht* p. 1172. & *Teutsches Recht* T. II. p. 1778.

(*d*) Chron. Saxon. p. 247. p. 426. & Querfurt. L. IIII. c. 4. p. 335. cuius deinde placita multi alii secuti sunt. Verba ultimi scripti, ut magis specifica, hic dabo: *darauf er* (Fridericus II.) *einen grossen Reichstag zu Marsburg gehalten, den Sachsen ir Lehnrecht bestätigt, und den Sachsenspiegel verbessert.*

(*e*) CHRON. AUGUST. apud *Freher* T. I. p. 518. a. 1213. his: *tertiam curiam Merspurg celebravit.*

(*f*) DITMARUS Merseburg. L. V. p. 368. T. I. *Leibnit.* WIPPO vita Conradi Salici p. 469. apud *Pistor.* T. III.

(*g*) SENCKENBERG cit. libro Gedanken c. 1. §. 14. sqq. & c. 3.

(*h*) *Ergötzung* der vernünftigen Seele, T. IIII. P. III. p. 239. seqq. Tom. III. 3. Stück p. 214. sqq. obiter.

(*i*) Chronicon REPKOVII apud *Mencken* Rer. Germ. T. III. p. 353. his verbis: *her bekarte ouch di Sachsen, und gabe en ir privilegia, daz wir die Sachsenspiegel heisen.*

(*k*) Paulo aliter Perill. GAERTNERUS praef. Speculi Saxon. §. 4.

§. VIIII.

Juris Saxonici, ut Caesarei & universalis autoritas praecipue ut reliqua transeam, etiam se amplissime exeruit anno 1447. Mulhusae in celebri illo confessu, ubi ex Jure Saxonico decisum, D. Knorrium, ut clericum, non posse Procuratorem esse in iudicio seculari (*a*). Allegantur vero simul *andere bevverte Rechtbücher*, qui forte non alii erant, quam in Germania nati. Hactenus de Speculo. Eo vero etiam pertinet *Jus feudale Saxonum*, & deinde Leges Municipales Magdeburgicae, sive *Weichbildum*. Solet quidem utrumque Juris Saxonici partem constituere, sed feudali quidem Jure proditur, Fridericum de Stouphe esse illius parentem (*b*), qui num. I. an vero II. sit, ambigitur. Ego primum fuisse, sub quo & Juris provincialis collectio cœpta, alibi edisserui, & utrumque librum iussu Imperiali sensim sensimque coaluisse, receptioneque invaluisse publica

publica (§. VI.). Eius fundum librum veterem de beneficiis esse putavi, nec dictorum poenituit. Potius versionem postea confectam, additamentaque recepisse, adhuc existimo (*c*). Weichbildi autem aetatem ac natales me ignorare profiteor, nec dubito tamen, antiquissimum in civitate Magdeburgensi fuisse, ubi Jura municipalia haud secus ac id alibi factum, Speculo Saxonico adscripta, & una cum Speculo, simul descripta, exteris petentibus communicata sunt, qui Magdeburgo Responsa sua petebant (*d*). Erat vero horum ingens multitudo, inprimis in terris Slavicis, Bohemia ac eo pertinentibus & Polonia (*e*). Nec aliam rationem reddi posse puto, cur omnes fere civitates Lusatiae, Silesiae ac Poloniae superioris sive Cracovienſis, Jure Weichbildico, sensim sensimque introducto, una cum Saxonico utantur (*f*). Et quia Ottoni aut I. aut II. aut III. illius origo adscripta, ex hac traditione ubilibet hanc autoritatem nactum est, ut quasi Jus Caesareum & putaretur, & diceretur.

(*a*) *Hartungi* CAMMERMEISTERI Annal. Erfurt. apud *Mencken* cit. Tomo III. p. 1196. ubi: *und allegirten vaste Cappitele uſs dem Sasſin Spiegele und andern bewerten Rechtbuchern.*

(*b*) PROOEM. Jur. feud. Saxon. GLOSS. ad Jus provinc. Lib. I. art. 14. vide CONRING Orig. Jur. Germ. c. 30.

(*c*) PRAEFAT. ad Corpus Jur. feud. §. 28. p. 32.

(*d*) Contende hic ea quae ad *Heineccii* Historiam Juris RITTERUS congessit Lib. 2. c. 3. §. 79. lit. d. p. 962. sq.

(*e*) WERLHOF Jur. Germ. enucleati prooem. c. 2. §. 8. p. 175. sqq. HOFMANN Specimen coniectur. polit. Periodo V. Sect. 2.

(*f*) *Nicolaus* JASKIER in Juris provincialis, quod Speculum Saxonicum vulgo nuncupatur Librorum III. & Juris municipalis Maidburgensis nec non promtuarii Juris provincialis & municipalis praefationibus. (ed. 1535. in regia Poloniae Cracovia. fol.)

§. X.

Tandem vero, per transennam lustrata vocis Keyserrecht etymologia & homonymia, ad illud revertor, cuius caussa haecce disquisitio instituenda erat, nimirum Ius usque huc non alio nomine quam *Keyserrecht* appellatum. Illud alias Francicum esse putavi, nec cur aliquid hic retractandum sit, video (*a*). Ut vero de iis, quae huc necessaria sunt, amplius

plius edocearis, exponam (1) cogitationes de auctore huius collectionis, (2) indicabo varia, quibus usus sum, aut quorum notitiam habui, Manuscripta, & (3) de autoritate libri usuque differam, (4) dicam de naeniis & erroribus passim in eo solenni tum more occurrentibus, & variorum obmotis, (5) nexum Juris patrii, illic expositum, praebebo, (6) qua cura quoque modo in hac editione processum sit, paucis tangam. Id vero tuto me asserere posse credo, cum utile in re Germanica adhuc vigente sit, nihil antiquitatis ignorare, cum haec faciem rerum adhuc ex antiquis principiis obtinentium recludat, me patriae huius libri e manu exaratis Codicibus publicatione admodum profuisse: grataque posteritatem memoria prosecuturam esse eas noctes eosque sumtus, quos ego, qui mea gratis dedi, & de hoc ipso mihi gaudeo, publici commodi caussa susceperi. Forte & olim latiori Commentatione hoc opus illustrabo, quo Chartae ac Diplomata illius aevi magis illustrentur, & intelligantur ea, quae nostro aevo ignorare non amplius fas, & cum damno Reipublicae coniunctum est. Spero & vitam, & vires, & Vacunam, divino munere mea vota non destitutura, de voluntate autem dubitare noli.

(a) Praef. ad *Corpus Jur. feud.* §. VI. sqq.

§. XI.

(1) Ergo de *auctore huius Collectionis* differere opus reor. Nolim vero quenquam credere, me, dum fide *Wigandi* GERSTENBERGERI & EMMERICHII, Conradum II. laudavi (*a*), ita fuisse aut rerum omnium ignarum, aut libri a me primum inventi amore caecum, ut non viderem, quinimo (quod aiunt) quasi manibus palparem, nec hunc esse stylum Imperatorium, nec Germanicum librum huic aevo satis convenire, nec cuncta in illo quaqua versum occurrentia eo pertinere posse. Verum potius iam alibi hariolabar, fuisse librum, qui perierit, aut lateat, latinum, in quo Leges Conradi II. quocunque modo conservatae, & has, quas ego dare potui, non nisi compendia esse habendas, quae in civitatibus aut alias, simplicis plebis & Scabinorum Germanicorum

rum cauſſa, voce praeconis publici iuris reddenda & conſervanda erant (*b*). Facile credo, Leges latina lingua conſcriptas, & qui mos aevi, in impreſſis Conciliis adhuc hodie conſpicuus, in paucos breviſſimoſque Canones fuiſſe redactas, qui in libris Juridicis latino ſermone conſervabantur. Argumento huius rei mihi eſt *liber vetus de beneficiis* haud dubie ſatis antiquus, baſis ac fundamentum Juris feudalis Alemannici & Saxonici, quo hodie utimur. Hunc recentiores paraphraſi veſtierunt, in Germanicam linguam tranſtulerunt, recentiora addiderunt, & inde vulgatas collectiones, quibus adhuc utimur, confecerunt. Nil inde libro decedit, modo publice probatus, modo uſu tritus, modo exhibeat ſcita Juris illo tempore recepta. Expreſſam certe confirmationem in forma, quod aiunt talem, nec libet, nec licet, requirere. Neque illa *Juri Romano Juſtinianeo*, neque *feudali Longobardico*, neque aliis etiam Collectionibus, in Germania acceſſit.

(*a*) Praef. Corporis Juris feudalis §. VIII.

(*b*) *Methodi* Juris Append. V. §. 2. ſqq. *Gedanken* von dem iederzeit lebhaften Gebrauch des deutſchen Rechts c. 1. §. 10. 24.

§. XII.

Antiquiſſimum vero Jurium noſtrorum Codicem eſſe *das Keyſerrecht*, in quantum illa patria lingua conſcripta ſunt, non ita magno negotio conficiam (∝). Illud ſimpliciſſimum eſſe quilibet videt omnique ornatu deſtitutum, ita, ut non niſi facilem, captui imperitorum hominum datam expoſitionem tradat, talem, qualem illam fuiſſe neceſſum eſt, quae voce praeconis in civitatibus aut alias, Lege condita exponebatur, librisque Scabinalibus inſerebatur. Hinc illae enunciationes: *Ein yclich man ſal vvisſin* (*a*) & ſimiles paſſim occurrentes, ac publicationis adhuc hodie uſitatae formam referentes. Quin in ipſo Jure Caeſareo, ſubditos ter in anno de Jure edoceri debere expreſſe dicitur (*b*). Et adde inferius deducta (§. XLVI. LXXVI.). Publicata itidem ſtatim eſſe omnia Comitiorum acta, & quidem per heraldos ad hoc conſtitutos, nullum plane dubium alit (*c*). Proclamata ergo id genus aut Notamina collecta vides, & quidem ſine dubio eo

ſimpliciora, quo magis antiqua. Et ob antiquitatem (β) non tanta Codicum huius Juris, atque Codicum utriusque Speculi multitudo, hodie ſuperat. Nec tamen etiam, quod fateor, diſquirendi ſatis occaſio fuit. Et (γ) naturali fere demonſtratione a me conficietur, quo fato acciderit, ut huius Juris non ita crebra atque Speculorum fieret mentio. Libro enim I. fere non niſi ob pauca a Saxonicis differentia opus erat, cum adeſſet ordo iudiciarius *Richtstig* dictus. Liber II. Speculi Suevici latiore expoſitione alicubi fere abſorbebatur. Liber III. non ita copioſus erat, atque Speculi Alemannici ac Saxonici ſcita, & Liber IIII. civitatum ac pagorum Imperii iuribus dicatus, non alium habebat uſum. Rarius ergo hic Codex deſcriptus, & ſuperveniente Jure Romano, quod illius nomen ſibi in ſpecie applicaverat, atque mutata etiam Reipublicae facie, Jurisconſultis fere manſit incognitus. Et antiquis etiam non adeo ſolenne libros aut eorum capita allegare, atque id hodie fit.

(a) KEYSERRECHT P. II. c. 17. 58. &c.

(b) JUR. Caeſ. P. II. c. 48.

(c) OTTOCARUS ab HORNECK Chron. Auſtr. c. 106. p. 119. ap. *Pez* Tom. III. Auſtriacor. ubi de electione Rudolphi I. agens dicit:

Sein Panir ward geworffen auf
Dew mit den Leben rot.
Man gewan daz Poten-Prot
Den Rein auf und ze tal,
In den Steten uberal,
Die dem Reich gehörten zue.

§. XIII.

(δ) de antiquitate & hoc teſtatur, referri in eo libro conſuetudines, de quibus ſequiore aeuo nihil amplius auditum. E.g. In Speculis nulla mentio pacti, quo quis ſe caputve ſuum, vitam ac membra obligat, & ubi quis ius occidendi ſibi ab altero ſtipulatur. Magis iam polita erant tempora. Sed in Jure Caeſarco tria capita occurrunt (*a*), ubi hic mos antiquiſſimus tollitur. Certum enim omnino ac expeditum, antiquiſſimis temporibus hunc nobis fuiſſe libertatis abuſum, ut de capite contenderemus (*b*). In notis autem DITMARI, quas non exſcribo, Hunnorum & Scytharum, haud abſimiles cognati

cognati mores, & aliarum gentium non dissona intemperies refertur. Nec ignotum etiam illud, quod in FABULA ROMANICA quatuor Haymonis filiorum narratur, nimirum Raynaldum heroa, Regis Caroli filium, de capite ludo scauorum cum fratre illius Adelardo contendentem, victum capite mulctasse (*c*). Haec licet fabula sit, demonstrat tamen, id non fuisse insolens. Et si quis secum recogitet, quam boreales mortem eiusque terrores spreverint *(d)*, eo ipso etiam conficietur, facile accidere potuisse, ut mortem pacto de victoria vel inferrent aliis, vel ipsi sibi decernerent. Alia etiam id genus forent, quae adducere liceret.

(*a*) cap. 38. 39. 40. Libro I.

(*b*) TACITUS Germ. c. XXIIII. p. 143. ed. *Ditmari* ubi: *Aleam, quod mirere, sobrii inter seria exercent, tanta lucrandi perdendique temeritate, ut cum omnia defecerunt, extremo ac novissimo iactu de libertate & de corpore contendant.*

(*c*) cap. VII. p. m. 46. sq.

(*d*) *Thom.* BARTHOLINUS Antiquit. Danicarum (Hafniae 1690. 4) c. I. & KEYSLER Antiquit. Septentr. §. 5. sqq.

§. XIIII.

(*e*) Tandem disertis plane verbis a GERSTENBERGERO ac EMMERICHIO traditur, hanc omnium esse antiquissimam collectionem, cui Specula Glossae quasi loco sint. Id ille in antiquioribus invenerit necesseest, aut ex traditione continua habuerit, eo magis certa, quod Hassia omnibus his libris simul utebatur. Non vero potuit rectius memoria rei gestae conservari, quam in terra, ubi omnia simul obtinebant. Novus alias pro tanto testimonio Emmerichius est autor, quod Cl. VAN WICHT obiecit, & fateor. Hoc vero modo, ipsius autoritati aliquid accedere puto. Quin, cum noster liber aliqua Jura plane postea non amplius consueta tradat (*a*), quae utrumque Speculum respuit, & inde argumentum antiquitatis accedet. Fuisse autem antiquissimo tempore Germanos masculos XII. annos natos maiores, & maioritas Regum Galliae indicat, modo hoc modo illo tempore citius ocyus definita *(b)*, & illud quod in Hassia Franciaque Rhenana ad annum usque 1280. remansit, ut masculi post XII. annum maiores crederentur (*c*). Multa alia id genus adduci possent,

ſi id quidem in praeſens nobis agendum eſſe cenſeremus. (Confer infra §. XLI.)

(*a*) e.g. P. II. c. 17. *von den Jaren der beſcheydenheit dez Sons der Dochter.* Adde P. III. c. 9. 10.

(*b*) DU PUY Tr. de Maiorité de nos Roys c. 1.

(*c*) GUDENUS Cod. Diplom. T. I. p. 640. ſq. a. 1254. ubi: *quousque puer de Haſſia annum duodecimum compleverit.* & reliquiae ueteris moris in exemplis apud HALTAUS Gloſſ. p. 274. ſeculo XV. adhuc.

§. XV.

Varia Virorum Eruditorum de hoc scripto fuere iudicia, ex quo illius lacinias in lucem prodire iuſſi. Et memorabo aliqua. Primus Vir, dum in vivis erat, eruditus, & mihi maxime amicus *Johannes Adamus* KOPPIUS (*a*), ſuarum partium eſſe duxit, & huius libri mentionem facere. Putat illum Conrado II. non deberi, quod ego facile concedam, modo mihi detur, Conradi II. & aliorum Francicorum Imperatorum ac Regum Leges eo libro exhiberi, quod quidem non negavit B. Koppius. Putat tamen provocari ad hoc Jus, quod ille Franconiae Provinciale eſſe cenſuit, quando Jura Francorum in chartis allegentur (*b*), quod ego non probo. Equidem non ignoro, fuiſſe peculiare aliquod Jus Franciae Germanicae, & ſi ignorare vellem, id me non ſineret REPKOVIUS (*c*), nec ignorare paterentur etiam ea, quae alias a me dicta ſunt. Id tamen contendo, Jus Francicum fuiſſe ſimul Jus Imperii commune, quia adhuc Imperatorum Suevicorum tempore Imperator Francus reputabatur, & Imperium Francorum, unde conſequitur, ſive *Keyſerrecht* fuerit Jus Franciae Germanicae peculiare, ſive non fuerit, id quidem perinde eſſe.

(*a*) Hiſtoriae Jur. feud. P. IIII. th. 12. ubi: *Prima collectio eſt Juris Francici ſeu Imperialis, das Fränkiſche und Keiſerrecht, autor tamen & tempus factae huius compilationis ignoratur.* In nota deinde addit: *Ad tempora tamen Conradi Salici non pertingere, neque ea aetate compilatum eſſe, multae nos movent rationes, utut inde de pretio ipſius atque praeſtantia nihil decedat.* Adde P. V. de Hiſt. Jur. Germ. th. 8. p. 220.

(*b*) p. 220. th. 8. ubi: *Jus Franconicum provinciale, quo tempore compilatum fuerit, quove auctore, incertum eſt, atque ipſum hoc Jus provinciale adhuc ignorabatur. Negari tamen nequit, provocari paſſim iam Seculo* XII. & XIII. *in Diplomatibus ad Jura Francorum.* Et in nota: *Viderint tamen alii, an non chartis illis ad Jus illud Franconicum provinciale provocetur. Nobis in hac re admodum obſcura & dubia nihil certi definire licet.*

(*c*) Chron.

(c) Chron. apud MENCKEN Rer. Germ. T. III. p. 353. *von Keiſer Karle ---- Her machte ouch Frenckiſch recht, und Swebiſch, und beſtettigitte ouch den Sachſen ire recht und ir privilegium, und ſtarb ouch in gutem gelouben.*

§. XVI.

Non autem multum interfuiſſe puto, ſive quis Francico (*a*) ſive alio Jure uteretur, cum plerumque illa Jura non in multis differrent. Certe differentia inter Jus Saxonicum & Suevicum parva ſatis eſſe videtur (*b*). Id quod adeo mirum non eſt, cum Saxones vetera ſua Jura retinuerint. Nec etiam inter illud & Francicum hinc multa diverſitas, cum ſub Imperio Suevorum, id quod alias Suevicum, etiam Francicum eſſet, ac Imperiale, ſolemni tum aevi more. Et qui Juris Francorum Germanicorum lacinias in faſcem collegit HALTAUSIUS, idque non ſine diligentia, non multum tamen hac in re extricavit (*c*). Refert enim (1) fuiſſe eorum praedia peculiari libertate praedita, de quo mihi haud conſtat. (2) Francones in traditionibus certis indulſiſſe ſolemnibus: Id vero illis commune cum reliquis. (3) Maſculis deficientibus ad eorum bona feminas eſſe admiſſas; qua in re iterum nihil novi. Ad haec Jura Franciae Germanicae, cum Juribus proprie ita dictae Franconiae, in exemplis confunduntur, & ſpecialia generalibus applicantur. (4) Citari non potuiſſe Francum extra terram nativitatis ſuae; non eſt inſolens, aut privum, cum idem Jus etiam Saxoni, niſi de cauſſa ageretur publica (*d*), & (5) Francos de homicidio vel alio crimine maioris abollae delatos, potuiſſe ſe iuramento purgare, nec (6) eorum bona fuiſſe fiſci captationibus obnoxia. Primum forte aliquid fuerit, ut ſeptem teſtibus convinci, niſi deprehenſi & in notorio haud poſſent, ſed iuramento ſuo relinquerentur. Certe hic privilegium ſuo tempore uſum habens, poſtea pluribus privilegiis munitis commune; (§. LXXXIIII.) ſed ſecundum membrum de fiſco aperte in Jure Mindenſi ſingulare eſt.

(*a*) ut ſolet, recte de eo rationes fere ſubduxit NELLER Prodromi Hiſt. Diplom. Trevir. *Hontheim.* T. I. p. 530. ſqq. Jus Francicum ex ſtatu regionis Trevirenſis deſcribens. Conf. RICCIUS *Entwurf von Stadtgeſetzen* P. I. c. 14. §. 24. nota.

(*b*) SPECUL. SAXON. L. I. c. 18. 19. *Schwäbiſches Recht gehet vom Sächſiſchen nicht ab, auſſer im Erbe nehmen und Urtheilſchelten.* JUS ALEMANN. apud *Schannat.* c. 3. Adde §. XVII. nota.

(*c*) In Gloſſario voce *Fraenckiſch Recht* Vol. I. p. 481. ſqq.

(*d*) SENCKENBERG de Evocat. p. 1387. & 1392.

§. XVII.

Haec omnia mecum reputans, denuo haud puto, Jura Francorum multa tuliſſe ſingularia. Et uti quilibet populus Jura alterius ignoravit, novit autem ſua, ita ſemper dictum, Suevum Jure Suevico contrahere, cum ignotum ſibi Jus adſciſcere non poſſet. Eadem vero fere in uno Jure quae in altero. Et ſi Francus e. g. traditionem faceret, revera procedebatur ſecundum illius Jus, ita tamen, ut e. g. Alemannus ſecundum ſuum plane idem ageret. Quae etiam in Francia aut inter Francos, ſecundum Jura Francorum geſta eſſe praedicantur, quae apud Alemannos Alemannico, ea v. g. in Saxonia pari modo, & eodem effectu Juri Saxonico tribuuntur (*a*), ut adeo hactenus haud verſemur in obſcuris. Inde vero haec omnia, quia eo tempore antiquiſſimo, quo hae formulae inoleverunt, nondum dabantur homines, qui Jura omnium Gentium, imo Naturae, & populorum minimum quos moratos vocant, examuſſim aut noſſent, aut noſſe ſibi videbantur, Jure ſuo communi inficere ſatis omnia, etiam quae facti ignoti conſuetudinum erant, abſolventes. Erat potius quilibet tantum patriae ſuae Jurisconſultus, iuxta illius Leges & conſuetudines eruditus. Et longe tum res ſubditorum feliciores. Quid enim ad Petrum Jus, quod cum aliis ipſi commune dicatur, ſi proprii ſatis ſit. Et cur ad eum pertinere debent lites ex peregrino Jure movendae? Sat turbarum cuique in patria, nec aliunde illas accerſere opus. Beatiores ergo illi, qui tantum ſuo proprio Jure utebantur (*b*). Ut autem digrederer, Koppius effecit.

(*a*) Hinc etiam parvam differentiam ſtatuunt Speculatores SAXO ac ALEMANNUS, ille Lib. I. art. 19. hic cap. CCCLXXXXVIII. §. 2. ubi: *Schwaebiſche recht zwayent ſich nicht von des Sachſen Recht, wann an erbe ze nemen und urteyl ze geben.* Ex ed. antiqua, apud SCHILTER. autem c. 19. adde apud hunc c. 31. §. I. ubi dicitur: praeſcriptionem Imperio & Suevis non currere, & JUS SAXON. provinciale L. I. art. 19. 29. atque JUR. ALEM. ed. ant. c. 269. §. 3. ac apud SCHILTER. c. 44. et ſupra (§. XVI.) idem ex editione *Schannatiana* docuimus.

(*b*) Nul-

(*b*) Nullum ergo olim Germanis Jus in commune latum. Sed nec etiam illo opus eſt. Interim Germanis Jus commune, ex conſenſu omnium Legum & conſuetudinum Germanicarum, id quod nos iam olim effecimus. Praef. *Corp. Iur. feud.* §. 3. Et in libro dicto *von dem lebhafften Gebrauch des deutſchen Rechts* c. 1. §. 35. 36. 37. Sed ne ſic quidem illius magna vis, cum durarent conſuetudines particulares ſimul. Ibid. §. 33. Et de retractus Jure communi, id per inductionem ab exemplis probatum dedit Vir in his ſtudiis verſatiſſimus STRUBE Nebenſtunden P. V. p. 57. ſqq. Etiam aliud Germanis Jus commune, in Conſtitutionibus Generalibus, per vices in Comitiis latis, aut alias publici iuris redditis. Tale quid adduximus intuitu miniſterialium (ſupra §. II.). Tales etiam Conſtitutiones Friderici I. & aliorum de Pace publica. Tales Conſtitutiones Friderici II., quas tetigimus (§. XXIIII.). Nec omittendae illae, de quibus in *Corpore Iuris feudalis* egimus. Et pars illarum, quas DRÜMMELIUS Corpore Juris publici & privati congeſſit. Sed ſpeciminis loco etiam provoco ad duas hactenus non notatas. Unam Conradi IIII., qua 1240. diſponitur, *quod cum Abbas Hersfeldenſis--de manu noſtra receperat Regalium Inveſtituram, legitime vacare debeant univerſa officia Eccleſiae Hersfeldenſis, exceptis quatuor principalibus.* Apud SCHMINCK Monument. Haſſ. P. III. p. 252. & alia Caroli IIII., qua *homines & ſubditi Haſſiae, tam nobiles quam alii,---a Iurisdictione & iudiciaria poteſtate quarumcunque civitatum Imperialium---in actionibus civilibus duntaxat eximuntur* a. 1355. IBID. p. 261. niſi iuſtitiam contigerit denegari. *Iuribus pacis generalis & Lanfridi per totum Imperium ſalvis.* IBID. p. 262.

§. XVIII.

B. GRUBERUS itidem ex numero amicorum meorum non minus dubia hic aluit. Ille quidem ei ſenſus fuit, ut diceret, Jus Caeſareum ſeculi XIIII. partum ſiſtere (*a*). Et ſuas quidem cauſſas, cur haec atque talia crederet, morte praeventus proponere haud potuit publice. Literae vero illius ad me docuerunt, in eo ipſi dubii haeſiſſe fundum, quia ante haecce tempora nullum allegationis huius libri veſtigium in chartis Brunſuicenſibus deprehenderat. Sed id quidem nihil ad ipſam libri aetatem, cum in vicina Haſſia illius uſus longe fuerit antiquior, certisque argumentis conſtet, illud adductum eſſe, ut Jus iam diu receptum, & uſu probatum, quo pertinet id, quod ex illius literis alibi adduxi (*b*). Et ſtylus Codicum non ad illud aevum haud ſecus ac res pertinet, imo aliqui Codices (§. XXXII.) magis antiqui ſunt.

(*a*) Orig. Livon. ſacrar. & civil. a. 1205. p. 46. ubi: *Ius enim illud Caeſareum Germanicum, quod ſub nomine Keiſerrecht circumfertur adhuc ineditum, licet eius uſus aliqua in his terris, maxime Luneburgi & Hildesbemii*

vestigia deprehendam, multo tamen recentior partus est, & aetatem Caroli IIII. Imperatoris mihi quidem superare non videtur. Cuius suspicionis caussas, alio forsan loco aperiendas, huc transferre supersedeo.

(*b*) In Gedanken von dem Gebrauch des deutschen Rechts c. 1. §. 35.

§. XVIIII.

B. *Johanni Christiano* CLAPROTH, discipulo olim meo, Viro non sine damno studiorum, iis tantum quasi ostensioni exposito, non ultra permisso, etiam de his dicere in mentem venerat, dum de Juribus ministerialium agebat (*a*). Opponit ille supra excitatum locum monimenti HARENBERGIANI (§. II.), & deinde addit: *Sed frustra requiris in Codicis Senckenbergiani* L. III., *qui de iure ministerialium potissimum agit, caput, quod incipiat:* Got heft den Menschen ghebildet, na ome sulven &c. *Unde forte pronum est colligere, plures olim, nec eiusdem argumenti circumlatos esse, Juris huius Caesarei Codices.* Id quod & antea nonnullis exposuerat. Sed ego cum demonstraverim (§. II.), adduci illic locum Speculi Saxonici, nec hoc nomen Caesarei Juris vel Speculo Alemannico, vel Saxonico, vel etiam Juri civili Romano abrogem, facile fero, pluribus hoc elogium competere. Si vero Constitutio Fridericiana de ministerialibus, anni 1181. (*b*), cuius lacinia Speculo Saxonico illata, in Jure meo proprie dicto Caesareo haud extet, id ideo accidisse puto, quia mea collectio nil continet, quod tempore Imperatorum Suevicae gentis apud nos contigit, quippe quod Speculo utrique inde illatum est, quae posteriora esse, vel inde etiam constaret. Profecto si haec de ministerialibus, quae Fridericus I. constituit, iam tum, cum Jus Caesareum conscriberetur, adfuissent, autori fere ea negligere non licebat, utpote scopo eius quam maxime accommoda.

(*a*) de praediis rusticorum §. 9. p. 126. P. I. der Samlung Juristisch und Critischer Abhandlungen.

(*b*) HARENBERG Antiq. Gandersh. p. 129. 130. SENCKENBERG Corp. Jur. feud. p. 543. & alias.

§. XX.

Inde Vir sui nominis meritique in literas *Carolus Gottlieb* KNORRIUS JCtus, dum vivebat, Halensis, Jus Caesareum plane

plane Franconicum provinciale credidit (*a*), inde Jus tamen Francicum esse sivit, sed illud in classem Jurium particularium redigere haud dubitavit, Conrado vero II. tribuere veritus est. Adduxit inde multa, quibus conficeret, *opinabile esse, circa medium vel finem Seculi* XIII. *hominem ignotum, privata auctoritate, Jura maxime in Franconia usitata in unum Corpus redegisse, quod vero titulo des Keyserrechts illud insigniverit, ideo fuisse, quia Jura Imperatorum Legibus constituta tradere voluerit.* Sed quae praeterea huc pertinent, adscribam (*b*). Qui plura velit, ipsum librum adeat. Et de Conradi II. quidem aevo concedo, qui nunquam dixi, ipsum Conradum collectionis esse autorem, sed ex Legibus illius & successorum eam conflatam esse, nec Suevica illuc intrasse. Forte etiam librum ex latino in patrium sermonem translatum largitus sum (§. XI.), unde de usu vocis *Lehen* non disputabo, sive ille antiquior sive iunior sit. Potuit haec denominatio versioni inferri, aut postea demum adiici. Sed si vocem *Leyn* sive *Lehen*, de qua multa disputari non ignoro, tam raram Seculo XII. credidit B. KNORRIUS, ego quidem scire desiderarem, qua Germanica voce reddi debuerit *beneficii* antiquissima sane latina vox, si hanc demum natam Seculo XII. dicat. Mihi semper magis cana visa (*c*), nec aliam adhuc rei aptam scio. Et tamen adesse talis debebat. Antiqua enim satis beneficia regia. Nec apte ita argumentari licebit: ante seculum XII. latinis monimentis vox *Lehen* explicationis causla inserta non est, ergo non adfuit. Id si foret, paucae nobis supereſſent Germanicae dictiones, & pauperrima fingeretur lingua nostra. Haec induxisse, est respondisse per instantiam. Quod deinde sequitur, Jura civitatum, quae scribi demum Seculo XII. coeperint, Libro IIII. contineri, id iterum me non diu tenebit. Civitatum enim liberarum Jura publica eo exhibentur, quae nec seculo XII. nec postea nisi sigillatim in privilegiis scripta sunt, de Juribus autem privatorum in civitatibus & statutariis ne quidem in libro meo, nisi in relatione ad publica, ulla linea occurrit. Sed hic de nondum visis, & ex male intellectis meis verbis iudicium tulit Knorrius.

(*a*) Hist.

(*a*) Hiſt. Jur. Germ. &c. c. 1. §. 19. p. 15.

(*b*) l. c. cap. 3. in Hiſtoria Juris feudalis p. 54. ubi: *ſed recte monuit Ill. Koppius - ad tempora Conradi II. hanc compilationem non pertingere. Quod vel ſola vox Leyn vel Lehin probat, quae toties in opuſculo occurrit, & tamen ſeneſcente demum Seculo* XII. *in uſu eſſe coepit. Docet enim Diploma Friderici* I. *de anno* 1162. *apud* KNAUTHIUM in der Hiſtor. Geogr. Vorſtellung des Cloſters Alten Celle P. VII. p. 31. *feuda franconica lingua Lehen appellari. Ex quo intelligitur medio Seculi* XII. *tempore nondum adeo receptam fuiſſe hanc feudi adpellationem, quae demum vergente Seculo* XII. *in vulgarem loquendi morem abiit, ſicut ex vita Ottonis divitis per Monachum anonymum deſcripta* a. 1189. l. c. p. 41. *diſcimus. Dicitur enim ibi de feudis, quod vulgariter Leben vocentur.* CONRADI *V.C. Spec.* I. *de nomin. Germ. feode & Leben obs.* 2. *Cum itaque auctor Codicis Senckenbergiani utatur voce Leyn vel Lehin tanquam vulgari & longo uſu recepta atque probata, conſequitur, ut plane non ſit probabile, eum compilatum eſſe Conradi* II. *aetate. Accedit, quod, teſte Senckenbergio* l. c. §. 6. *Parte quarta contineantur Jura civitatum, quae demum vergente ſeculo duodecimo ſcribi coeperant.* RICCIUS *von Stadtrechten* L. I. c. 2. §. 1. *adeoque citius colligi non potuerunt. &c.*

(*c*) SENCKENBERG Primae lineae Jur. feud. proleg. §. 18. 21.

§. XXI.

Si vero Vir eruditus ad id etiam appuliſſet animum, ut vocem *Dienſtmann* homini beneficio ornato fere ſemper applicari conſideraret, magis id ipſi forte profuturum erat, ad iudicium de libri aetate ferendum. Certum conſtansque enim habeo, Vaſalli etymon hoc eſſe antiquiſſimum, & Conradi II. tempore ut & paullo poſt unice receptum. Ut id credam, facit Diploma apud ECCARD (*a*) anni 1135. & alibi etiam ſemper ii miniſteriales, qui poſtea fideles & Vaſalli (*b*). Superat adhuc rei huius origo in verbis *Lehendienſt* & *dienſtgevvertig* (*c*), expeditum cum ſit, feuda propter *ſervitia feudalia* eſſe data, quo nomine hodieque utimur. Nec id Vaſalli dedecori ſibi ducunt, quacunque demum in dignitate aut exiſtimatione ſint. Omnes alteri devincti ſerviebant, nec tamen eodem modo, ſed modus ſervitiorum cuncta conficiebat. Si vero B. KNORRIUS ipſa de miniſterialibus agentia capita luſtrare attente, aut librum, de quo iudicat, legere voluiſſet (*d*), inventurus erat adhuc longe plura indicia vetuſtatis, & quidem ſummæ. Exempli loco ablego lectorem ad Libri IV. c. VI. *Alle Furſten ſind geledere dez Riches, und ſollen Keyne dinſtlude han.* Et deinde rogo,

go, num alicui haec ſeculo XIII. finiente, ut Jus tum adhuc receptum, tradere licuerit? Et alias etiam expreſſiones huc adducere poſſem. Scilicet eo tempore opus confectum, quo Principes etiam ſummi adhuc cenſebantur eſſe officiales Imperatoris, & inde eorum miniſteriales ipſis non niſi vice Imperiali ſerviebant, de caetero non miniſteriales, ſed liberi. Conradi I^i. hic aevum ſigno, ubi tecum recogitabis reſponſum illud, quod Erneſtus Dux Sueviae a miniſterialibus ſuis, quos contra Imperatorem concitabat, tulit, & hic legi meretur (*e*). Tanti vero eſt, ea minimum legere, de quibus iudicare velis. Tanti etiam, ſingulorum temporum mores noſſe.

(*a*) Hiſt. Geneal. Princ. Sax. Super. p. 23. repetitam SCHEIDIO Orig. Guelfic. T. II. p. 251. Adde T. III. p. 48. 167. Et alias in Libro etiam noto HELDENBUCH, ſemper tantum *Dienſtmann* pro Vaſallo.

(*b*) SENCKENBERG Corpus Jur. feud. praef. §. XXXXVIII. & Viri eruditiſſimi SCHEIDII Tr. *von dem hohen und niederen Adel in Teutſchland.* §. 20. SCHANNAT Hiſt. Fuld. probat. p. 188. ſqq. HARENBERG moniment. hiſt. P. I. p. 53. & alias.

(*c*) HALTAUS Gloſſ. Jur. Germ. p. 225. ſq.

(*d*) id quod nunquam eum feciſſe inde efficio, quia alias non dixiſſet, Librum Juris Cæſarei III. tum editum, conſtare 117. capitibus, qui 33. tantum habebat. Imo ne praefatio quidem niſi perfunctorie ei tractata, qui enim alias efferre potuiſſet, ex Codice Eybeniano, qui tantum emendationi inſervivit, editionem eſſe factam? l. c. p. 53. ſq.

(*e*) WIPPO Vita Conradi Salici p. 474. apud Piſtor. T. III. ita: *Nolumus inficiari, quin vobis fidem firmiter promitteremus contra omnes, praeter eum qui nos vobis dedit. -- Si contra hoc vultis, illuc revertemur liberaliter, unde ad vos venimus conditionaliter.*

§. XXII.

De libro noſtro nemo poſtea ſplendidius *Johanne Henrico* DRUMMELIO, Viro variis ſcriptis orbi noto. Is tum alibi (*a*), tum praecipue, & quod aiunt, ex profeſſo, nuper admodum hoc ſaxum volvit (*b*). Erudite autem ille aliud agendo etiam Knorrio ſimul reſpondit. Et deinde ex hiſtoria Henrici IIII. oſtendere ſategit, fuiſſe tum illa tempora, de quibus Jus Caeſareum Lib III. ab initio agit, ubi multis adverſus Caeſarem inſurgentibus, ſoli minoris ordinis militares in fide manſerint, ideoque privilegia miniſterialibus conceſſa obtinuerint. Sed id genus in Imperio motus etiam Conra-

di II. aetas tulit, ubi is plane dignitatis amittendae periculum adiit *(c)*. Licet vero is Imperii Francici aevo Juris Caesarei scita relinquat, illa tamen melioris ordinis causa Friderici II. Constitutionibus annexuit, utpote affinia. In eo deinde totus est, ut ordinis equestris immediati Jura inde deducat, qua de re alias agendi nascetur occasio. Sufficiat, eum origini a Conrado II. & Francicis Imperatoribus ductae non refragari, verum potius aliqua afferre, quae huic opinationi probandae conducant.

(*a*) *Bewährung von dem Reichs-Adel* c. VI. & alias.

(*b*) Corpore Legum & Consuetudinum Juris publici Imperii Romano-Germanici Academico p. 102. sqq. Sed locus magis longus est, quam ut a me exscribi possit. Legatur ergo apud ipsum.

(*c*) Provoco hanc in rem ad WOELCKERI Singularia Norimberg. p. 293. ubi auctores adducti sunt.

§. XXIII.

Johannes Christophorus RUDOLPH itidem Juris Caesarei mentionem habuit (*a*). Hic vero recensui Juris Caesarei tandem haec subiungit: *Indessen ist kein Grund vorhanden, Conrad den II. für dessen Urheber zu halten. Es ist vielmehr erweislicher massen ein blosses privatwerk, das der Urheber aus allerhand Schrifften besonders auch den Capitularien und den Baierischen Gesetzen zusammen gelesen hat: und dessen Alter noch nicht füglich zu bestimmen ist.* Ego vero nil aliud dixi, nisi Legibus Conradi II. & aliis Francicis hanc collectionem constare, nec interpolationes diffiteor (§. XX.). Quo vero anno praecise collectio adornata, aut quis vel operis vel versionis autor, quaque occasio origini assignanda, nec ego definio. Sed nescio, an probatu sit facile, ex Capitularibus & Jure Bavarico aliqua esse operi illata. In libro III. quem solum lustraverat supradictus autor, nil neque ex Capitularibus, neque ex Legibus Bavaricis. Et difficile foret, id vel de reliquis, quae ille non viderat, asserere. Lacinias quidem aliquas reliquorum librorum passim dedi, sed neque ex Capitularibus, neque ex Bavarico Jure originem trahentes. Optarem ergo basin huius assertionis probatam videre. Et capitularibus quidem uti licuisset nostro, & haud secus Bavarorum, forte reliquis Germani-

Germanicarum gentium genuinis antiquis Juribus. Sed inde nihil plane contra me, modo deinde receptum sit opus, atque receptum, pro Jure Cæsareo. Et hæc quidem hic sufficere poterunt. (*b*)

(*a*) *Entwurf einer allgemeinen Geschichte der in Deutschland geltenden Gesetze.* (*Erlangen*, 1758. 8.) §. 116. p. 75.

(*b*) Haec iam in chartam coniecta erant, cum Consult. Rudolph aliud opusculum se mihi offerret, quo supra iam recensita & notata latius deducit. (*) Inveniet vero Lector, in nostro hoc præfamine passim, iis esse satisfactum, quæ V. C. obiecerat. Ad excerpta autem, quæ §. IV. præbet, quod attinet, non iis certe conficietur, autorem Juris Cæsarei ex Jure Bavarico aliquid hausisse, cum Codex Vffenbachianus, cuius illic Excerpta sistuntur, non fuerit Juris Cæsarei, sed speculi Suevici, ex Vffenbachiana in meam Bibliothecam delatus. De cætero nostra opera effectum est, ut Vir Consultissimus, quod optavit, de toto opere curate iudicium ferre & denuo de dictis deliberare possit, tota Lege inspecta. Quae autem Codicibus obiicit facile largior. Et eram emendatioribus usurus si licuisset.

(*) Programma de veteri Legum collectione ergo Jus Cæsareum editis. Erlang. 1759. 4.

§. XXIIII.

Nec nostri Codicis mentionem omisit Cl. *Matthias* WICHTIUS, de Jure gentis suæ præclare meritus (*a*). Illius vero scita ita comparata sunt, ut licet mihi quodammodo aduersa integra huc transferri mereantur, sub *Num. III.* Deprehendes illic descriptionem Codicis Wichtiani, qui Jus Cæsareum provincialibus additum continet. Leges illud in utraque Frisia Juris communis in vicem valuisse. Docebere de multis aliis, quæ & mihi exciderant. Putat ille Codicem Juris Cæsarei Alemannico esse antiquiorem, & tempore Friderici II. a privato confectum. Liceat autem mihi ita existimare, omnia quæ ex Friderici II. Constitutionibus Juri Cæsareo ab eo illata fuisse dicuntur, ab antiquioribus longe Legibus & consuetudinibus dimanasse. Docuit me id ipse Fridericus, qui in Constitutione (*b*) de Juribus Principum Ecclesiasticorum 1220. ad antiqua Jura provocat, seque secundum ea cuncta adornare dicit. Nec aliae deforent probationes, quas & passim hic attuli. Quod autem de duellis Conradi II. ævo adhuc receptis, in Jure Cæsareo contra prohibitis affert, mihi quidem ita se habere videtur, ut specie se commendet, attamen rem haud conficiat. Locus e-

Num. III.

nim WIPPONIS, ad quem provocat, duellum Saxonis alicuius cum Sclavo *non ſatis caute* permiſſum nobis narrat, poſcentibus id Saxonibus. Improbat ergo hoc duellum, ſecundum *crudeliſſimam Legem Saxonum* permiſſum (*c*), Conſtitutionibus Imperii nunquam non certo modo improbatum, nec tamen contranitente Germanorum genio, vel Friderici II. iuſſu abrogatum. Ut nunc non dicam, forte ne quidem totalem abrogationem ulli Imperatorum in mentem veniſſe. Verum tantum illa, quæ non cenſebantur legitima, legitimis contra usque ad Seculum XVI. ſuperſtitibus, exeſſe iuſſa (*d*), Sed de his alio amplius diſquiremus, ſi dabitur, tempore. Jam iis, quæ diximus, hoc ſolum addere lubet, cum Codicum variationes agnoſcam, (§. XXXXVIII.) & variantes a nobis notatæ id demonſtrent evidentius; potuiſſe aliquid ſequiore tempore adiici, quod recentius ævum olere videatur. Sed & ad reliquos huc ſpectantes tranſire iuvat. Videtur ſeculo XIII. natales figere *Joh. Frid.* EISENHART, Juſque noſtrum Franconicum provinciale credere (*e*). *Joh. Stephanus* PÜTTER (*f*) V. C. Jure Alemannico antiquius eſſe cenſet, ſed non, uti videtur, Saxonico, in ea videlicet hypotheſi, Jus Saxonicum prius Alemannico eſſe. Reliqui autem, quos noſtri libri memores fuiſſe, vidi, illi antiquitatem non negant, & inprimis Juri feudali patriæ illuſtrando, utpote cui inſerviebat illud quod hactenus viderant, apprime conducere, nemo tamen de auctore aut certius quid invenit, aut tradere auſus eſt. Nec ego hic quid definio, id tantum concedi cupiens, licuiſſe mihi GERSTENBERGERO ac EMMERICHIO credere, in hac Collectione latere, Leges Conradi II. & Succeſſorum, quæ alias nullibi extant & ſequiores tantum illatas eſſe Speculis Suevico ac Saxonico. Et in hoc ſubſiſto.

(*a*) *Vorbericht zum Oſtfrieſiſchen Landrecht* §. 22. p. 86. ſqq.

(*b*) verba ſunt hæc: *quia in eorum gravamina quædam conſuetudines & ut verius dicamus abuſiones, ex longa perturbatione Imperii, quæ per Dei gratiam nunc quievit, & quieſcit, inoleverant, in novis theloneis, in monetis, quæ ſe invicem ex ſimilitudinibus imaginum deſtruere conſueverant, in guerris Advocatorum, & in aliis quorum non eſt numerus* &c. Corp. Jur. feud. p. 547.

p. 547. Id ipſum etiam agit Carolus IIII. in ſua AUREA BULLA, cui utplurimum antiquae conſuetudines illatae.

(c) In eo forte ea crudelitas conſiſtebat, de qua WIPPO Vita Conradi Salici apud *Piſtor.* Scriptorum Tomo III. p. 469, Confer. MEINDERS de Judiciis centenariis p. 73. HARENBERG monum. ineditor. Tomo I. paginis ultimis, ubi Carolinae Conſtitutiones. Et paſſim in libro *des Richſtigs* huius crudelitatis veſtigia.

(d) DREYER *Abhandl.* Tomo I. p. 410. ſqq.

(e) Hiſtoriae Jur. literariae c. VIII. §. 14.

(f) *Entwurf einer Juriſt.* Encyclopaedie 2*te Zugabe* §. 17. p. 139.

§. XXV.

(2) Indicanda etiam *varia*, *quibus gaviſus ſum*, *Manuſcripta*. Numeris illa diſtinxi, cum ante editionem conferrentur. Et hunc ordinem ſequar, quo lector ſciat, quid illi numeri ſibi velint, & ex quo Codice aut additio, aut varians lectio deſumta. I. & præcipuus, quo ab initio utebar, fuit is, quem *Eſchvvegenſem* & Haſſiacum dico, in forma folii ſe exhibens. Ab hoc primum exemplum ſocietati aliorum inde iunctum deſcriptum eſt. Dixi alias, quo pacto hic Codex ad me pervenerit (*a*) Et Gottingae, cui multa, & hunc debeo. Fuerat in Bibliotheca *Johannis Joachimi* MEIERI, Profeſſoris quondam in Gymnaſio Illuſtri Gottingenſi, & aliunde noti (*b*). Expectabat vero, niſi ego ſupervenisſem, poſt diſtractionem Bibliothecae, cui ne illatus quidem in angulo delituerat, hunc Codicem idem illud incendii fatum, quo, poſt obitum coniugis, ex viduae inſcitia, reliqua librorum & monimentorum manu exaratorum congeries periit, ignibus in fornace paſcendis adhibita, uti filii relatu didici. Cum gratis oblatum recipere nollem, librorum ſectioni illatum redemi V. circiter thaleris. Eſt vero ſeculi XV. medii. Et ſine ullo dubio fuit liber, ut ita dicam, Claſſicus, civitatis Eſchwegenſis claraæ olim, & celebris etiam hodie, Principum Haſſiacorum lineæ a Rheni rupe, *Rheinfels*, dictæ, ſede ac palatio. Nota certe eſt Eſchwegenſis civitas a ſeculis, primum Imperii, poſtea Ducum Brunſuicenſium, inde Haſſiaca (*c*). Et haec Jus noſtrum conſervavit, fovit, eoque uſa eſt, Statutaque ſua & Conſuetudines ſubiunxit.

(*a*) *Corpor.* Jur. Feud. præf. §. VI. ſq.

(*b*) Edidit ille *Corpus* Juris Apanagii & Paragii, fol. *Antiquitates* Pleſſenſes, 4. librum de claris *Meieris*, 4. de Boiorum migrationibus, & varia *alia*, inter quae & *Anonyma*, nec non notae ad autores Claſſicos.

(*c*) Vide de eius fatis HARENBERG Hiſt. Gandersheim. Diplom. p. 610. SCHANNAT Dioeces. Fuld. p. 321. BESSELII Chron. Gotwic. L. IIII. §. 173. p. 603. T. I. parte 2. & ESTOR Orig. Jur. Publ. Haſſ. L. III. c. 18. §. 69. Saepe etiam alias occurrit.

§. XXVI.

Comparent ergo varia in hoc Codice Juridico, quae ſimul Jus Eſchwegae receptum conſtituebant. Primo loco aliquae annotationes Juridicae, ex ſcitis Scabinorum; ſecundo, Speculum Suevicum civile & feudale; tertio, Reformatio iudiciorum ſecretorum 1437; quarto, ſententia aliqua definitiva Ludovici Landgravii ſine anno; quinto, Jus Caeſareum quatuor libris conſtans. Sexto, modus procedendi in criminibus. Septimo, Jura ſtatutaria Eſchwegenſia & Ordinationes. Non ſemper curate ſatis ſcriptus eſt hic Codex, ſed id quidem nihil ad rem faciet. Ex hoc ergo Codice deſumta omnia, quae aliis non aſſignata deprehendes. Et is, quod monui, editionis meae fundus.

§. XXVII.

Codex II. eſt is, quem ego *Colonienſem* nominavi. Debeo illum Vero Illuſtri ac genere inclyto Conrado Henrico *von der Lühe*, Conſiliario intimo ſereniſſimae gentis Arauſionenſis Naſſoicae, viro in tantum laudando, in quantum ſolida eruditio & rerum agendarum peritia intelligi poſſunt. Is ei Coloniae in itinere Belgico obvenerat, illius autem dono ad me. In fronte Codicis collocantur Statuta Colonienſia ab editis non nihil diverſa. His ſubiectus Ordo iudicarius civilis, ſive *Richſtig Landrecht*. Succedit das Kayſerrecht, ſed duobus libris truncum, cum non niſi Liber I. & II. adſint, ſive ſcribens ſe reliquis opus non habere, crediderit, ſive alia ſubſit cauſſa. Additus tamen eſt titulus Libri III. Cum vero primi Codicis titulum hunc legam: *Incipit Prologus Caeſaris:* huic contra praeſcribitur: *Dit is dat Kayſerrecht dat Konnick Karll machte zo nutze inde vreden alle der,*

der Werlt. Dit is die Vurrede. Eſt vero ſeculi XIIII. ſatis adulti, & qua lingua ſcriptus, vel ex his intelligitur. In forma folii eum confectum, addendum erat.

§. XXVIII.

Codex III. *Ulmenſis* vocandus erit, cum a me ex Krafftiana Ulmenſi Bibliotheca ſit comparatus. Itidem folii formam ſervat. Inſcriptio ei talis: *Dis buch iſt genant des Keyſers Recht d findet man ynne geſchrieben alle Stuke und punte und artikel vvie man alle ſache uszriechten ſal noch deme rechten. Als isz der Keiſer hat geſaſt.* Vellem hunc Codicem, hac inſcriptione de Jure communi teſtantem, & ſatis curate in charta deſcriptum integrum eſſe, & mea id interfuret. Sed tantum pertingit ad Libri II. c. 59. uſque. Referrem eum ad Seculum XIIII. & quidem circa illius principia. Id ſcribendi ratio indicat. Addita ei figura Imperatoris ſedentis, & talis, quae aevum antiquiſſimum redolet, & haud dubie ei Codici, ex quo noſter deſcriptus, debetur. In prima ante librum pagina notatur, *anno Domini 1400. Jar Vlrich Walther der alt.* Ulricus ergo hic, gentis patriciae Auguſtanae, tum poſſeſſor fuit, qui ſua uxorisque Wielandiae inſignia appingi fecit. Notat vero Johannes Reyhing, itidem Auguſtanus, libri 1547. poſſeſſor, hunc ſuum fuiſſe abavum, qui ultimus etiam propria addidit inſignia. Loco ſecundo hic legis Hiſtoriam trium Regum, ubi multa futilia, & ad ultimum presbyter Johannes hereditatem eorum ex teſtamento creviſſe dicitur. Certe ego opinor, eum, qui primus librum confici curavit, optabilius duxiſſe, hunc theſaurum ſibi vindicare, quam in Jure Caeſareo continuare. Eandem enim manum ubique cernis.

§. XXVIIII.

Sequitur alia manu: *Daz iſt devv vart die Her Hans von Bodmen und der jung Diethalm der Schilter hand getan zu dem heiligen Grab &c.* anno 1381. Sed hoc itinerarium quatuor tantum eſt foliorum, tamen aliqua memoratu digna continens. Subiungitur *Johannis* DE MANDAVILLA

Equitis Angli Itinerarium in terram ſanctam & Regiones Orientales a. 1322. ſuſceptum, quod plurima folia, partim veris, partim falſis repleta continet, & iam editum eſt pluribus vicibus (*a*). Autor ipſe ſuum opus Germanice loqui haud docuit, ſed verſio alteri cuiquam debetur, poſt fata illius confecta, & partim plura, partim pauciora continet. Autor opus lingua Gallica, cum Leodii ultimis vitae annis verſaretur, conſcripſit, deinde in latinum ſermonem transferri curavit, teſte Codice meo membranaceo latino, qui Leodii coemtus, & eiusdem fere cum autore aevi eſt. Mereretur hoc opus denuo edi, cum inter mendacia bene multa, etiam ſcitu neceſſaria pandat. Quae ſequuntur, de virtutibus herbarum, animalium ac tota materia medica agunt, & obſervationes haud paucas iatricas ſiſtunt.

(*a*) Vid. de eius editionibus FABRICIUS Biblioth. mediae & infimae Lat. L. VIIII. p. 289. ſeq. & OUDIN. de ſcript. eccleſ. T. III. p. 1093 ſeq. Notaze mihi aliquae ſine anno, quarum unam poſſideo, Charactere Gothico impreſſam. 4. Sed eſt mihi etiam elegantiſſimus Codex MS. pergamenus XX. fol. & fortaſſis libri ipſius origo, Leodii comparatus. De vita illius alii, copioſe autem *Phil.* de LIGNAMINE Chron. p. 1300. apud *Eccard.* BERGERON Voïages en Aſie P. II. p. 2. ubi etiam libri dedit breviarium lingua Gallica. Caeteri.

§. XXX.

IIII. Codicem voco *Oſnabrugenſem* ſive *Eybenianum*, quia dono Illuſtris Eybenii, nunc Conſiliarii intimi Haſſo-Caſſellani, ad me delatus eſt. Huic iterum forma a foliis integris nomen ſortita. Scriptura ita comparata, ut ſeculo XV. exaratum eſſe appareat, quod ego olim notavi (*a*). Eſſe eum lingua inferioris Saxoniae conſcriptum & chartaceum alias dixi. Libros autem quatuor hic deprehendis, & quidem ſcriptione ſatis nitida ac curata. Titulum hic lege: *Dat is des Keyſers Rechte, dat Koninck Karle maecten tot vrede en tot notte aller Werlt.* Inſunt praeterea libro Speculum Saxonicum civile ac feudale, quod Jus Caeſareum ordine praecedit. Sequitur Ordo iudiciarius, quatenus civilia & Jura criminum tangit, feudalis autem deeſt. Speculo Saxonico in calce adſcribitur: *Explicit Speculum Saxonie. Anno Domini milleſimo*

simo IIII^to. LXXI^o. in Sabbato ante Dominicam Exurge quare. Eadem vero scriptura per totum volumen decurrit. Unde de aetate nemo haesitabit.

(a) *Corp. Jur. feud.* praef. §. VII. p. 10.

§. XXXI.

V. Codex *Guelpherbytanus* mihi compellatur, utpote in Bibliotheca Ducali Guelpherbytana extans. Sereniſſimi permiſſu eum cum meo apographo contulit Vir meis ſtudiis ab annis amiciſſimus iuxta ac orbi notiſſimus, *Henricus Andreas* KOCHIUS, Conſiliarius Aulicus, quem dixiſſe, & gratam mentem teſtatum eſſe ſufficiat, me enim meritas laudes adiungere, vix ac ne vix quidem illius modeſtia latura eſſet. Chartaceus ille Codex formae quartae, foliorum LXXI. Praemiſſus eſt ſyllabus, addito foliorum numero, ubi ſingula reperire liceat. Scriptura non quidem nitida, lectu tamen facilis, rubricae autem partium, in quas liber diviſus eſt quatuor, & capitum omnium minio exaratae. In fine legitur: *Explicit iudicionarium, per me Johannem Laydor, annorum Domini 1458. ante nativitatis.* Parvum volumen implet Codex, nec alius liber adhaeret. Adſcriptum Clauſulae, quam ſtatim retuli finali, nomen poſſeſſoris *Franz, Paugertner* ſive Paumgertner, haud dubie ex nota gente patricia Norimbergenſi aut etiam Auguſtana, in Baronum Imperii claſſem evecta. Auguſtanum ergo iterum aut Noricum habes Codicem, forte inter eos numerandum, quos *Hainhoferus* Auguſtanus Duci Auguſto per vices obtulit. Haec ut narrare poſſim, eadem effecit Kochiana benignitas. Codex hic omnium, quod videbis, pleniſſimus, ſed ordine paululum turbato, nec ſine manifeſta interpolationis quandoque nota. Addit tamen in vicem etiam alia, quae legiſſe haud poenitebit.

§ XXXII.

Et hi ſunt illi Codices, quibus mihi potiri licuit. Nulli peperci aut operae aut ſumtui, & quaquaverſum de pluribus Codicibus rogavi: *Wichtiani* autem (§. XXIIII.) notitiam tum accepi, cum meus liber iam ſub praelo eſſet. De caetero

Hafniam usque ivi, in Belgium, in Helvetiam & aliorsum. Sed forte id Codici Juris Caesarei accidet, quod olim Speculo Suevico, quod dicunt, ut *Meisnero* novam editionem molienti, rogantique de exemplis, parce talia dari possent, adeoque ei non nisi paucula obvenirent, cum contra adhuc hodie centuriae plures Codicum manu exaratorum compareant. Nimis ego negligens fui, cum in Bibliotheca *Johannis* de WITT (*a*) venum exponeretur: *Dat Sassenrecht en Keyserrecht*, ubi in fine legebatur: *Dit is vvt Got dank en haeft geschriven Pieter von Schouvven Priester. In t' Jar ons herren* CIↃCCCCLI. *Bid vor hem in God.* Sed haec quidem occasio calvа ferenda erat. Id vero unice doleo, Lubecae periisse Codicem, qui illic erat, unicum pergamenum 1320. conscriptum. Sperare illius usum licuisset, si superforet. Docebo calum verbis *Caroli Henrici* DREYERI, cuius summam eruditionem & literas iuvandi studium noverunt omnes, humanitatem ii, quibus cum eo commercium est (*b*). Verba vero hic adiecta clare evincunt, dari Codices Juris nostri longe antiquiores, atque hactenus a me produci potuerunt, hisque simul satisfieri, quod recte Dreyerus censuit iis, quae Gruberus olim edisseruerat (§. XVIII). Res etiam in Jure Caesareo passim occurrentes, uti & antea dixi, non ad seculum XIIII. spectant, sed longe antiquius aevum sapiunt. Minimum ego aliter rationes subducere nescio. Et haud dubio invenientur toto libro producto, id quod in praesens contingit, & libri & laciniae, grandaevam Legum nostrarum aetatem magis in luce positura.

(*a*) Catal. auctionis p. 372. sq. Prodiit ille Bruxell. 1749 8.

(*b*) Datae illae ad me sunt 24. April. 1757 ubi inter alia: *ohne dero Vorsorge würde es denen Codicibus dieses Cimelii* (Juris Caesarei) *wohl nicht besser ergangen seyn, als demjenigen Exemplari membranaceo, welches, laut einer aufgefundenen alten designation, der auf hiesiger Thrise ehedessen befindlich gewesenen Codicum hieselbst verwahret worden, und die Aufschrift gehabt: Hie begynnet dat Kayser Recht; finitum anno Domini* 1320. *per manus fratris Bernhardi in der Middewecken voer unser frouwen Clibeltag*, (sive annunciationis Mariae). *Allen vermuthen nach, dürffte auch dieses Kayserrecht hieselbst* (Lubecae) *in Gebrauch gewesen seyn, so wie Herr* GRUBER *in Originibus Livonicis* p. 46. *solchen im Lüneburgischen und Hildesheimischen anerkennt, obgleich sonsten der annus descriptionis huius Codicis seiner Meinung,*

zung, da er es ad tempora Caroli IIII. *referirt, gänzlich widerſpricht, und demienigen, was dieſelbe praef. Corp. Jur. feud. darüber geäuſert, näher tritt. Indeſſen iſt es zu bedauern, daß dieſes monumentum vermuthlich zu Zeiten des unruhigen Conſulis Wollenweber &c. von abhanden gekommen, wie ich dann von allen ſpecificirten Codicibus nichts mehr als --- vorgefunden.*

§. XXXIII.

Periit vero itidem, in quantum ego quidem ſcio, *Colonienſis* Senatus Codex, & idem plane fatum Tremonienſis (*a*), qui in civitate illa, olim ſede Weſtphaliae iuridica, in curia depoſitus erat. Antiquiſſimum vero oportet fuiſſe Codicem Tremonienſem, cum in hac civitate armarium quaſi fuerit totius iuſtitiae ac iuris, inde a Carolo M. usque. Tot etiam Codices *Haſſiaci* adhuc deliteſcunt, aut vero plane orbi erepti ſunt, & *Luneburgicorum, Hildesheimenſium* (*b*), *Francofurtenſium*, civitatis *Auguſtanae* & aliorum, de quibus poſtea, usque huc nihil detectum eſt. *Uffenbachiani* autem Codicis fata a me itidem ignorantur. Fuit is incuntis ſeculi XIIII. & anni plane 1314. atque Speculum Saxonicum ac Weichbildum, linqua in Marchionatu Brandeburgico tum conſueta, ſimul ſiſtebat. Quo devenerit, neſcio, nec eius poſtea aliquis mentionem habuit. Ut tamen eius memoria
Num. IIII. conſervetur, Num. IIII. Uffenbachii quondam noſtri huc ſpectantia verba adiiciam (*c*), quia liber, ex quo deſumtus hic cenſus, ab aliquo tempore rarius haberi coepit, nec cuiusvis eſt eum adire. Notatum autem denuo velim, & in hoc Codice haberi Jus Saxonicum Speculi, Weichbildum & Jus Caeſareum, ut Jura in Marchia communiter recepta. Non vero magis antiquum Apographum usque huc indicatum inveni, quod iterum *Gruberianae* etiam de natalibus ſententiae (§. XVIII.) oppono. Si vero ex mente *Grupenii*, idonei harum rerum aeſtimatoris, ne ipſius quidem tot centuriis deſcripti Speculi Saxonici habentur Codices ad hanc aetatem aſcendentes (*d*), nec me hic alios narrare poſſe, ferendum erit. Et ſaepe antiqui Codices, quamprimum auctiores aderant, ut id etiam alias in iis accidit, quorum uſus ceſſaſſe putabatur, aliis uſibus pergamenis accommodatis, reſcripti ſunt, de quod genus Codicibus, exemplo propoſito,

posito, praeclare nuper egit KNITTELIUS (*e*). Hinc saepe veterum Codicum non nisi recentiora apographa supersunt, eorum certe, quibus sensim sensimque aliquid accrevit. Haec hactenus. Sed dabitur tempus, ubi plures compareant, ac inde ea, quae nobis forte defuerunt, & suppleantur, & emendentur. Nos in inquirendo certe segnes haud fuimus.

(*a*) apud von STEINEN Westphäl. Geschichten Tom. I. p. 547. sqq. ubi in Chronico adiicitur: *Haec vero copia collata ex libro antiquo dicto* LEGES CAESARIS, *de verbo ad verbum.*

(*b*) SENCKENBERG *Gedancken von dem deutschen burgerlichen und Staatsrecht* c. 1. §. 35 36. 37.

(*c*) UFFENBACHIANA BIBLIOTH. Manuscripta P. II. p. 63. sqq. (impress. Halae, 1720. fol.

(*d*) In opusculo de aetate Codicum Speculi Saxonici 4to. edito quidem, sed postea fato ante distractionem orbi subtracto, ita ut unicum tantum exemplum cladem evaserit, quod lustravimus Hanoverae.

(*e*) Programmate de Ulphilae versione Goth. Ep. Pauli ad Rom. (Brunsuigae, 1758. 4.)

§. XXXIIII.

(3) *De autoritate usuque libri Juris Caesarei* dicere locus admonet. Alibi iam haec res nos habuit sollicitos. Et passim in praecedentibus non nihil eatenus dictum. Id quidem hic summatim tantum repetam. Adduxi locum ex FORMA PROCEDENDI SAXONICA *Richtstig, Landrecht*, ubi dicit de dotalitio: *Ich sprich das es das Keyserrecht sagt, vvelches denne das Keyserrecht vvill das muszen alle Landt lyden und muszen es halten vvenne der Keyser ist Vater des rechtes* (*a*). Hoc eo, quo efficerem, Jus Caesareum fuisse Jus commune, singularibus contradistinctum. Et hodie res nulli contradictioni amplius exposita censebitur, postquam ex monimentis fide dignissimis effeci, fuisse maioribus hunc morem, ut unum Speculum ex altero illustrarent, recursu in casu dissensus ad Jus Caesareum facto (*b*). Nec dubium, hunc morem diu fuisse superstitem, donec ad ultimum turbata omnia. Si ad ipsum Jus Caesareum eiusque *praefamen* Libri I. provocare liceret, inde etiam efficeretur (*c*), illud fuisse ubilibet pro communi habitum, eumque

eumque in finem conſcriptum. Sed forte ei teſti de ſe ipſo, non deerit, quod opponatur.

(a) *Corpus Jur. feud.* praef. §. 26. p. 29. nota.
(b) SENCKENBERG Gedanken l. c. c. 1. §. 34. ſqq.
(c) Prolog. Jur. Caeſ. L. I. in fine p. 3.

§. XXXV.

Si publicationem deſideres, ea hoc modo non opus fore dicam, cum uſus & receptio in libros Juridicos (§. VI. XII.) ſufficiant. Sicubi autem ad obmotum illud de publicatione, omnibus Germaniae Legibus diu ſatis intentatum hic deſcendere animus eſſet, dicerem, eos, qui tam anxie de publicatione Legum patriarum quaerunt, ſui Juris Romani in Germania publicationem ſolennem nondum probaſſe, nec probare poſſe. De Juribus autem Germanicis conſtat, ea non una vice tantum, (§. V. XXXXVI.) publici iuris eſſe reddita, ſed quovis anno publicationem deinde repetitam, (§. XII. LXXVI.) ut adeo de publicatione, praeſertim cum Codices in loco iudicii etiam publice aſſervati, laborandum omnino haud ſit. Cum vero interdum etiam confirmationem Caeſaream velint, & hanc ab Alberto I. factam eſſe, non in ipſo Codice, ſed aliud plane agendo referatur (a). Nominatur annus 1322., quod haud dubie in mendo cubat, & Rothwila locus confirmationis eſſe dicitur. Crediderim annum 1302. VELTHUYSIUM huius rei interpretem deſignare voluiſſe, cui narrationi deinde, uti poſtea referetur, Editor VON STEINEN, cuncta Jura curialia Elmenhorſtana ex Jure Caeſareo noſtro, iisdem verbis ſubiungit. Fama ergo ab antiquo fuit, haec Jura Albertum I. confirmaſſe. Et ſi forte ille, qui Codicem noſtrum collegit, id adſcripſiſſet, adhuc dici poterat, eum id adieciſſe, eo animo, quo Codici maiorem autoritatem conciliaret. Sed cum id nulli Codici adſcriptum, verum ea, quae inde depromta, ab alio ſcriptore non hoc partium ſtudio imbuto 1322. nova autoritate Caeſarea munita dicantur, iam haec obiectio per ſe cadet. Sed huic quidem confirmationi inniti vix opus, cum tot alia & dixerim & producturus ſim, quae praecipue etiam Maximiliani

miliani I. aevo, (§. XXXVIIII.) si confirmatio etiam illius inde effici non possit, tamen ex usu publice probato, autoritatis satis concilient.

(a) von STEINEN Versuch einer Waestphael. Geschichte P. VI. p. 1561. & 1565. verbis: *von ihren hovesrechten bringet er folgenden brief so ihnen der Kayser Albert* 1322. *auf Allerheiligen Abend zu Rothweil gegeben haben soll* &c. ex VELTHUYSIO Beschreib. des Reichshof Westhoven.

§. XXXVI.

Tremoniae ergo valuit Codex noster, & in loco, qui sedes Juris in Saxonia erat; valuit etiam in Comitatu Marcano, & omnibus praediis olim ab Imperio dependentibus, imo adhuc hodie in illis viridis est usus (*a*). Nullum aliorum antiquorum Germaniae Jurium deprehendetur, ubi ita examussim integra capita serventur, ac usus perpetui caussa quotannis praelegantur. Quicquid de confirmatione Alberti I. sit, id minimum certum expeditumque, 1323. Engelbertum Comitem de Marca, rusticis ab Imperio pignori sibi suppositis, haec Jura antiqua integra fore promisisse (*b*). Id & antiquitatem & Jurium consuetorum notorietatem indicat. Neque enim Comes de Marca haec atque talia, ut Jura ab antiquo a Caesaribus constituta erat concessurus, nisi eiusmodi fuissent, communi omnium scientia, & nisi fuissent ab antiquissimo aevo. De Frisia Orientali ac Occidentali ea itidem in usu continuo nullum relinquunt dubium, quae erudite *Matthiasvan* WICHT exposuit, ubi & de pluribus locis loquitur (*c*).

(*a*) Legantur l. c. a. p. 1728. usque ad 1748.
(*b*) von STEINEN l. c. p. 1581. ubi confirmatio Engelberti.
(*c*) Vorbereit. zum Ostfries. Landrecht §. 22. hic in adiuncto III.

§. XXXVII.

Hildesiae & Lunaeburgi cognita fuisse Jura nostra iam explicui, & illic non secus ac Brunsuigae pro Jure communi agnita (*a*). Neque vero in praesens vacat, antiqua Brunsuicensium Jura percurrere, ut consensum inde demonstrem. De Lubeca autem iam dixi. (§. XXXII.) In Hassia inde per tradita GERSTENBERGERO ac EMMERICHIO, qui semper nostrum Jus, quod Conradi II. Imperatoris vocant, pro illic

&

& ubique recepto excitant, adhuc ſeculo XVI. ineunte, nihil plane dubii. Eo itidem tendunt ea, quae de Codice meo I. ſupra allegavi. (§. XXV.) Et illa ſimul in computum venient, quae ex STATUTIS ALSFELDENSIBUS iam alibi probavi, quae anni MDL ſunt (*c*). Nubem hic teſtium de Haſſia obtueris, & quantum forte adhuc ſupererit! Statuta Iſenacenſia autem, quae habuit UFFENBACHIUS quondam noſter (*d*), mihi tum evoluta, mire cum Codice noſtro conſentiunt. Erfurtenſia autem Statuta, quae itidem Msta poſſidemus, Iſenacenſibus in multis ſunt quam ſimillima.

(*a*) SENCKENBERG Gedanken von dem Gebrauch derer deutſchen Rechten cap. 1. §. 35. 36. 37. & cap. 2. §. 10.

(*b*) in *Conſuetudinibus Francobergenſibus* iam a me excitatis in Methodo Juris Append. V. §. 3. p. 184.

(*c*) *Gedanken* von dem Gebrauch des deutſchen Rechts c. 1. §. 37.

(*d*) Catal. Bibl. MS. Uffenbach. P. II. p. 106. ſqq. ubi totus Codex ſecundum capita recenſetur.

§. XXXVIII.

Francofurtenſibus autem civibus meis itidem haec Jura haud fuerunt ignota. Oſtendit enim iam ante annos SIEGENER (*a*), Ordinationes Francofurtenſes antiquas, totidem fere verbis Seculo XV. Juris Caeſarei placita ſua feciſſe, cum de renunciatione hereditatis mariti defuncti, per ſuperſtitem viduam facienda, diſponerent. Et hactenus idem illud Jus tum in patria mea conſtitutum, poſtea derelictum, duravit, duratque Hamburgi, Lubecae, Bremae. Si quis autem poſt tot mutationes Juris patriae meae, vel hodie adhuc reliquias cum illis conferat, quae e. g. Lib. II. c. 90. de poſſeſſione anni & diei, iunctis 106. & 107. de oblatione iudiciali, ut & c. 96. ſqq. de bonis matrimonio illatis & communione bonorum inter coniuges dicta ſunt, ingentem, ſed a FICHARDO delibatum conſenſum deprehendet. Et cum Wezlaria, Gelnhuſa, Friedberga, ut plurimum Jure noſtro Francofurtenſi etiam uſae ſint, totaque fere Wetteravia olim Francofurti curiam ſuperiorem ſuam habuerit (*b*), nemini de uſu Caeſarei Juris in toto illo tractu dubitare licet.

(*a*) Differt. de teſtator. poteſtate in lucra coniugalia pactitia ac ſtatutaria (Gieſſae, 1743. 4.) cap. 2. §. 14. 15.

 (*b*) Vid

(*b*) Vid. cel. ORTHII *Comment.* ad Ref. Fr. P. V. p. 135. & Tomo I. *Selectorum* noſtrorum Hiſtoriam Juris ſtatutarii Francofurtenſis paſſim. Et adverſus Francofurtum praecipue directum puto ſupra tactum Caroli IIII. privilegium in *Friderici Chriſtophori* SCHMINCKII monimentis Haſſiacis Tomo III. p. 261. ubi ſubditi Landgravii Haſſiae a iurisdictione civitatum Imperii in civilibus eximuntur.

§. XXXVIIII.

Colonia autem Agrippina Jus noſtrum ſumme coluit, & multa ex illo adhuc in Statutis ſuis ac Conſuetudinibus oſtentat. Urbs haec antiquorum ſuorum Jurium ſervantiſſima, nec ita novitatis, ut alii Germani, cupida. Stiti ſupra (§. XXVII.) Codicem meum Colonienſem, ubi Jus Caeſareum & Colonienſe Statutarium eidem Codici iunctim illata fuerunt. Et Coloniae etiam fuit, ubi ea, quae libro IIII. *des Keyſerrechts* de civitatibus Imperii & caſtris habentur, Juris communis Imperialis vicem tenere credita ſunt, ubi etiam pro talibus Maximiliano I. exhibita (*a*). Scilicet expreſſam Maximiliani I confirmationem acceſſiſſe non novi, nec opus erat, modo pro Jure civitatum communi id, de quo ſermo, haberetur. Nimirum CHRONICON COLONIENSE VETUS atque anno MCCCCLXXXXVIIII. Coloniae iam impreſſum (*b*), ut Jus commune, & Maximiliano I. anno CIↃCCCCLXXXXV. propoſitum, exhibet principium libri IIII. Juris Caeſarei, & intèger locus meretur exſcribi

Num V. ſub Num. V. quo lector de eo, cum quodammodo obſcurus ſit, iudicium ferre queat. GOLDASTUS autem, qui antiqua rarave ſcripta impreſſa diligenter volutaverat, ſtatim, anno tamen haud addito, Conſtitutionem Imperialem inde effecit, Friderico III. adſcriptam, & poſt Francofurtenſem Reformationem anni 1442. collocatam (*c*). Unde vero Goldaſtus hanc aſſertionem de Friderici III. innovatione traxerit, ego vix divinaverim. Utrum ex tabulario aliquo, an aliunde, neſcio, certe non ex Chronico Colonienſi.

(*a*) SENCKENBERG Methodi Append. V. §. 6. & App. VI. §. 32. nota b.

(*b*) 1499. bey *Johann Koelhoff*, fol. Et licet autor incertus multas aniles fabulas afferat, in aliis tamen liber eſt egregii uſus. Locus vero, de quo agimus, habetur folio 140.

(*c*) GOLDAST Reichsſatz. p. 180. ſub titulo: *Keyſer Friderich des dritten Frey-*

Freybeiten den Reichsſtetten gegeben. In Margine addit: *Iſt ein Extract der Keyſerlichen privilegien, von Friderico beſtättigt und gemehrt.*

§. XXXX.

Intulerunt etiam Colonienſes Statuto ſuo anno MDXIII. poſt magnos illos tumultus condito fere omnia ea, quae paſſim in libro IIII. Juris Caeſarei, pro commodo civitatum & in genere traduntur (*a*). Sed in Addendis huius Statuti vox Jus *Keyſerrecht* dictum ſaepe excitatur, uti verba primi articuli in margine adſcripſi (*b*). Haec non ſunt Jura noſtra Caeſarea, ſed aut alterius plura continentis Exemplaris, aut Juris Caeſarei Romani. Aliud inde inſeritur caput, *Ein mutter macht geen baſtart* (*c*). Totum autem eſt Juris patrii, & quidem antiquiſſimi, ſed non ex noſtro Codice. Iterum aliud punctum *von Auflöſung des Keyſers Acht* (*d*). Haec ex Speculo Suevico eiuſque Novellis ac Saxonico. Quae ſequuntur de ſucceſſione filiorum, utroque parente mortuo, vita excedentium, ut paterna capiant paterni, materna materni ſunt Juris noſtri Caeſarei (*e*), quod iam edimus. Ita vides, quam omnia hoc iam tempore Coloniae egregie mixta fuerint.

(*a*) apud LUNIG Reichs-Archiv Part. ſpec. cont. IIII. p. 380. ſqq. unter Cöln. Et in Statutis civitatis.

(*b*) IBID. p. 1482. b. ſequentibus: *von Erbung und verſterbung der Baſtertkinder: Das iſt ein Keyſerrecht, wo ein baſtert ableibig wird, und läſt Erbe und gereit Gut, das ſein iſt, das erſtirbt auf ſein Schweſter und Bruder, da er ſie hat, und ſo er ſie nicht hat, ſo erſtirbt es auf ſein naechſte Verwandten wannen dem baſtert kein Gut zuſterben mag von dem Vatter.*

(*c*) Eius verba talia: *Item Keyſerrecht iſt, das kein Frau tragen mag Baſtertskind, das enterbt oder entgütet möge werden von dem Gut das die Mutter hat und ir iſt, dargegen mag den Baſterten kein Gut zufallen durch abſterben ſeines Vatters, es ſey dann dasz ſi vom Keyſer gefreyet ſein.*

(*d*) *Item Keyſerrecht, dasz welch Man ins Keyſers acht komt, der mag daraus kommen binnen Jar und tag, ob er dem Kläger und dem Kreys* (Keyſer) *genug thut binnen Jar und tag.*

(*e*) Haec ſunt Juris noſtri Caeſarei Lib. II. c. 95.

§. XXXXI.

De *Auguſtana* civitate pluribus dicere oportet, cum duobus Codicibus illic natis uſus ſim. (§. XXVIII. XXXI.) Paruit autem Juri noſtro Auguſta, uti etiam haud dubie

vicina Bavaria. Ut hoc sciamus, praeter Codices etiam JURA STATUTARIA AUGUSTANA efficiunt, plurima capita ex eo Statutis suis, ut consueta inferentia. Alias illa excitavi, & iam pluribus de iis differam (*a*). Subiicio in exemplum caput Juris Augustani (*b*), conferendum cum Jure Caesareo libro II. c. 14. Scio, non eadem esse verba, & Jus Augustanum Juris Caesarei scita paraphrasi vestiisse, sed de caetero eodem res redit. Ita in Jure Augustano (*c*) casus proponitur, ubi liberi iubentur 13. anno exordiente rerum suarum satagere, & decimo quarto litem movere, si ipsis interea quid ablatum, quod maioritatem Juris Germanici antiquam XII. annorum indicat (§. XIIII.) ad ductum Juris Caesarei. Nec minus JUR. AUGUST. cap. 313. & 331 (*d*) proponitur evictio per annum & diem praestanda, omnino similis illi, quae in Jure Caesareo cernitur. Et ita multis plane locis, quae indicare nimis taediosum foret (*e*). Sufficit non nulla exempli loco demonstrasse.

(*a*) *Methodi* Jur. Append. V. §. 7. p. 185.

(*b*) STAT. AUGUST. c. 337. verbis: *Wa zwey Gemahild sterbent und lassent die Kind wie vil der ist und sind die alle unausgesteurt und stirbt der Geschwistergit aine oder zway so erbent die ander geschwistergit und encklin nit das ist recht. Ist aber das die geschwistergit alle sterbent die von vater und von muter nicht geschwistergit sind so erbent die encklin alle gleich sind aber nit enckle da so sullen aber erben die nechsten erben das ist recht die dann durch recht erben sulien.*

(*c*) Cap. 318. *Man sol auch wissen wenn Kind erbent die zu iren tagen nit kumen sind von vater und von muter oder von ir aintwederm wann die komment ze dreyzeben Jaren habent die aigen Lechen Erblechen Zinszlechen oder leibting daz in ein ander hant kumen ist daz sulen sie rechtfertigen* &c.

(*d*) *Ist aber das ein burger dem andern ain eigen geit hie in der Stat oder wer es einem andern geit ze kauffen der sol im das staeten Jar unn tag aun recht widersprach* &c. Adde JUR. CAES. L. II. c. 105. sq.

(*e*) Inprimis a capite 314. usque ad 351. de successionibus.

§. XXXXII.

In Statutis *Viennensibus* clara Juris Caesarei vestigia. Est enim titulus: *von Konleuten, die mit einander Erb und Eigen kauffent und Kinder habent, und stirbt der Vater oder die Muter, so mag das ander mit dem Gut nichtz gehandeln die Kinder widerredent es* (*a*). Si quis illud contendat cum JURE CAESAREO, facile deprehendet, Viennense

nenſe eſſe illius paraphraſin (*b*). Cum tamen etiam & haec & alia, quae ad noſtra accedunt, ex Speculi Suevici placitis eſſe queant, plura de iis dicere ſuperſedeo, indicaſſe haec ſatis habemus.

(*a*) Cap. mihi in Codice Msto 646. ubi Jus Alemannicum, quod praecedit, ſimul in eisdem numeris decurrit.

(*b*) Lib. 2. c. 11. & 12. 100.

§. XXXXIII.

Codicis ergo noſtri, ex iis quae ſcimus, uſus olim quaqua verſum per Germaniam ampliſſimus. Nec tempus fuit conferendi Statuta plurium regionum ac locorum. Et mox de iis plenius docebimur, cum primum noſtra in manibus hominum verſabuntur. Si autem non alium etiam uſum haberent noſtra, quam ut illuſtrationi Chartarum, Diplomatum ac Codicum legalium atque ſtatutariorum in Germania ſervirent, iam ille foret maximus. In multis haec ignorantia & obfuit & nocuit, Antiquitas enim noſtra, cum multa ex illa aut ſervata aut tamen ſcintillae illius ſuperſint, non ut Romana ut plurimum theorica & voluptatis cauſſa noſcenda eſt, ſed ſummum habet uſum practicum. Ut nunc non dicam, multas Leges & Conſuetudines habuiſſe maiores, quae forte in novis Legislationibus reſuſcitari mererentur, & cum eiuſdem populi genio ſemel aptae fuerint, de iis vel hodie dubitandum, pro re nata, non eſſe.

§. XXXXIIII.

Qui harum rerum idonei ſunt teſtes STRUBIUS, SCHEIDIUS, JOH. HEUMANNUS, DREYERUS, Viri fama illa ſemper victuri, quae vivos vigentesque comitatur, Juri Caeſareo in maximis rebus trutinandis detulerunt. Id etiam egerunt alii. DRÜMMELIUS autem in rebus nobilitatis immediatae ac miniſterialium illuſtrandis, hic unicum cenſuit eſſe praeſidium. Nec forte id iniuria. *Joh. Jac.* REINHARTUS autem, Conſiliarius intimus Bada-Durlacencenſis, cuius eruditis ſcriptis multae Juris ac Hiſtoriarum partes illuſtratae ſunt, cum Rhingraviorum ſucceſſionis cauſ-

 ſas

ſas tracteret, in Jure Caeſareo eo adducendo illuſtrandoque deſudavit (*a*). Et *B.* KROHN Syndicus Lubecenſis, ſuas theſes non aliunde rectius ſe probare poſſe exiſtimavit, quam ex Jure Caeſareo, id quod etiam illius adverſariis uſu venit (*b*). Sed nullum de uſu poſthac dubium, nec pluribus teſtibus excitandis opus. Et inferius a nobis pluribus demonſtrabitur, in toto Jure noſtri Codicis uſum frequentem fore, cum omnibus notus erit.

(*a*) Deductione cui titulus: *Gemeinſchafft der Grund der Erbfolge, in cauſſa ſucceſſionis Rhingravicae* 1755. fol. Autor illius ita egit, ut ab omnibus laudem ferret.

(*b*) In lite praerogativam *der vollen und halben Geburt in ſuccedendo* concernente variis ſcriptis diſcuſſam, inter Viros eruditos, KROHNIUM defunctum PUFENDORFFIUM, aliosve.

§. XXXXV.

(4.) *De naeniis & erroribus* paſſim occurrentibus, ut & *obiectionibus* libro noſtro factis, ſupra iam aliquid delibavimus. Et generalia quidem omnes Leges Germanicas tangentia, Romani Juris ac Gloſſarum ſacerdotum ſolennia dicteria, hic ſummo tantum digito trutinabimus, eos ſolitae ſuae dicacitati, & malae aut occupatae iam menti relicturi. Pergant Leges Germanicas nunquam valuiſſe fingere; dicant in eventum obſoleta Jura continere; recitent laudes Legum Romanarum; Panegyri ornent prudentiam; Jus commune eas continere ac plane Orbis totius & Naturae ſtrepent; Aniſtoriſiam noſtrorum Codicum rideant; inconcinna ſaepe occurrentia ingeminent: per me id licet; modo Jus Romanum non in Germania natum, & nos manſiſſe Germanos concedant, Gloſſographorumque Italicorum non diſſimilia, quin centuplo graviora mala, & me ludum facere ſinant, atque in ipſum Jus Romanum, id quod dici, ſalva veritate, poteſt, dicere.

§. XXXXVI.

Simplicitatem primo ſtylumque incomtum ac neglectum carpunt. Et id ego quidem fateor. Eam autem hominum non eruditorum, quin potius plebeculae etiam rudis captui da-

tam

tam regero, cui Jus innoteſcere par erat. Dixi aliqua hanc in rem alias (*a*). Cum enim latinae eſſent Leges noſtrae veteres, cum Canonum tantum paucis verbis enunciatorum rationem tenerent, explicatione, ſed concinna, opus erat, poſtea in librum iudicialem referenda. (§. VI.) Modum, quo hic proceſſere maiores, ipſam Legum verſionem in vernaculam, publicationem, & reliqua, quae huc ſpectant, apud eos praeterea te quaerere volo, quos iam in margine nominabo, ubi ſatis inſtructus de omnibus recedes (*b*). Decretorum itidem ac Decretalium collectionis eandem quodammodo rationem perpendendam ſiſto, nec non Codicis Alariciani, non niſi Legum lacinias, admixta interpretatione, conſervantis. Ut adeo hunc modum novum haud eſſe videas, ſed receptiſſimum, ac moribus in Francia Gallica, Germanica ac Italia aevo medio receptis conformem.

(*a*) *Methodi* Juris Append, V. §. 4. p. 184.

(*b*) THOMASSIN des langues L. I. chap. 17. LYRON Singularités hiſtoriques T. I. p. 126. ſqq. & monimenta Germanica apud BROWER Hiſt. Trevir. proparasceve p. 26. Adde etiam dicta ſupra §. XII.

§. XXXVII.

Ordinem non ſatis concinnum itidem arrodunt. Sed reſpondeo per inſtantiam a connexione Pandectarum, Codicis, aut Juris feudalis Longobardici. Si quis diverſi temporis conſuetudines colligat, non ille cuncta etiam futura ſimul digerere poteſt, niſi ſit vates, ſecuturorum temporum gnarus. Tales non erant noſtrates, ne in ſui temporis quidem rebus hiſtorica notitia ſatis praediti. Cum vaticinia ergo non conderent, ſed Leges & Conſuetudines recenſerent, libro ſemel coepto adſcribebatur illud, quod poſtea ſtatuebatur, aut inde demum innoteſcebat. Nil hoc in nexu rerum neceſſario, quod carpi queat. Eſt contra quod imputes Triboniano, qui in una atque perpetua Legislatione ita disiecit omnia, ut Methodum eum ignoraſſe, aut eius ſtudioſum non fuiſſe, fatendum ſit. Eruditionem illius ſummam cum nemo neget, contra Laicorum noſtrorum aevi medii ignorantiam ac reliquam ſimplicitatem, quilibet rerum gnarus fateatur, hi

vel unica ac perpetua in Legislatione inconcinna si haberetur, magis tuti a posteritatis opprobrio, excusandique minimum forent, atque Tribonianus ac socii.

§. XXXXVIII.

Differre unum exemplum ab alio, itidem Codicibus nostris crimini datur. Et hoc ego quidem non diffiteor. Sed si uno eodemque tempore potuissent compleri, atque non sensim sensimque concreviſſent; & Germania habuisset Glossatores pro ordine conservando, forte ACCURSIO similes, & aeque prudentes, uti tandem id Speculo Saxonico contigit. Malim autem nullam omnino, quam talem, quae ordinem conservet, Glossam. Et dicant mihi adversarii, cur Jus eorum Civile Romanum, idoli quasi in morem cultum, non manserit integrum, sed ALCIATUM, BUDAEUM, denique etiam CUIACIUM aliosve multa supplere, iniuria temporum deperdita aut omissa oportuerit. Imo vel Irnerius aliqua adscripsisse deleviſſeque dicitur. Nec minus de negationibus aut transpositionibus in Pandectis ac Codice litigatur. Est vero sane aliquod discrimen inter affirmativam & negativam. Sed redeamus ad Germanica. Nostris Codicibus certe pro varietate regionum aut accesserunt aliqua, aut detracta sunt. Semper id autoritate publica aut Principis aut Jus dicentis. Ita variant & Codices Caesarei nostri Juris, minus tamen quam Speculi Suevici, quippe cui inde addita sequiorum temporum cuncta, ut Juris Caesarei quasi Glossae.

§. XXXXVIII.

Jus Caesareum in specie ad *alium adhuc Codicem* provocare aiunt. Et esto hoc. Quaerant illum, ex quo id desumtum. Credunt tamen id, quod ex veteri Codice abrogato in Justiniani Institutis refertur. Et ego librum illum ad quem Jura Caesarea provocant additurus eram, si habuissem. Cum autem veteres hoc Jure utentes ita anxii non fuerint, nec nostro aevo id convenit. Eant quaesitum ad manes, cur Jure usi sint ad aliud se referente sine relato. Addant rationis loco, in Jure referens sine relato nihil probare.

bare. Et ita quidem iuridice exſibilari non merebuntur. Sed ut ſerio agam, breviculum eſſe haud poterat ſine relatione ad Legem, nec etiam expoſitio, uti neque Authentica absque Novella. Et tamen Authentica magis attendenda quam Novella, quia recepta. Scio quid mihi Caius in aurem ſit inſuſurraturus, quid Sempronius, ſed alia ratio, ob receptionis ſtrictum ſenſum, vix his ſacris apud me.

§. L.

Hactenus de illis obiectionibus, quas forte a Juris Romani cultoribus ferre poſſem. Sed horum quidem contradictio, eo, quod vivimus, ſeculo, non adeo multum habebit ponderis. Vivimus enim divina benignitate illud, quo Germanica, quia neceſſitas illa excolendi urget, cuivis magis ſunt ad palatum. Sed & ab ipſis rei Germanicae aeſtimatoribus aequis, ob diverſas eorum ſectas aliquid forte oggeretur. Nolint enim aliqui, nos medii aevi Jura producere, *cum magis commodum exiſtiment Statuta particularia hodierna indagare, & ex eorum conſenſu Jus Germaniae commune conficere.* Scio qui Viri, quamque magna ingenia in hac ſint haereſi. Aliqui hic bona & aequa ſentiunt, Jura antiqua interpretationi adhibituri. Alii contra nolint Statum Germaniae antiquum, origines & nexum rerum qualis fuit, eſtque partim adhuc patefieri, & omnium oculis ex antiquitate exponi. Peritura erant ſcilicet, id quod praevident, his omnibus ſatis cognitis ac obſervantia perpetui temporis conſtituta, multa argumenta falſa, multae hallucinationes, quibus hactenus, ipſi, in defendendis Dominorum factis ac violentiis, contra veram Juris rationem uſi ſunt. Sed alteri falluntur, quando ex ſolis novis, iisque ex Jure peregrino alicubi interpolatis ac diſſonis, generale aliquod ſe exſculpere poſſe, credunt. Et adhuc in Jure communi aliquo noſtri temporis haerent, quod ob cuiuſque Status ſuperioritatem territorialem, & ipſas Imperii Leges, colligere ac conglutinare velle inane omnino eſt. Haereant ergo potiusilli quod fuit, cum Imperium mage cohaereret, & inde ſanos mores minimum notitiae pleniori rei patriae, aut novis legislationibus profu-

turos exſculpant. Alteri contra non aeque tolerandi, falſi ſunt, quando exiſtimant, Germaniam ſemper ita ſtupidam fore, ut cuivis Germaniae illudenti, & nexum Imperii evertere tentanti credat. Putidum enim foret, in tanta luce ulterius caecutire.

§. LI.

Non poſſe Jus Caeſareum cenſeri commune aut univerſale ulterius obiicitur. Sed ego iam alibi ſatis in luce poſui, illud ubique aut Codici Alemannico aut Saxonico, aut etiam Statutis eſſe adiectum, modumque procedendi ſimul docui, quo uſi fuerint maiores, in diſſentiu Jurium illud ſequentes (*a*). Et magis erudientur etiam in his lectores ex iam in hoc praefamine praelibatis. Oſtendi etiam, qui ſupplemento peregrini Juris hoc pacto opus haud fuerit. Hoc modo vero Jus Caeſareum quidem & nomine (§. II. ſqq.) & re commune. Non ita tamen commune, ut ei cederint Jura aut conſuetudines provinciae. Nusquam enim id apud nos moris fuit. Et vix ac ne vix quidem ſano ſincipite, quis id erat exacturus, quod Jurisconſulti romanizantes Germaniae obtrudere tentarunt, ut Juri ſuo Caeſareo Romano cuncta Statuta, cunctae conſuetudines ſubiicerentur, ex eo ſenſum modumque capientia. Germanis noſtris ſimplicitas quidem, ſed nulla ſtupiditas erat, donec Gloſſae Doctores, & pecuniam & mentem nobis eripere tentarunt.

(*a*) *Gedanken* von der deutſchen Rechtsgelehrſamkeit §. 35. 36. 37. *I. Capitel &c.*

§. LII.

Tantum de naevis & obmotis. Volupe autem forte lectori erit, (5.) *nexum perpetuum Juris patrii, ad ductum Caeſarei Juris, in ſummam contractum a nobis audire. Modus procedendi* primo libro tractatur. Breviſſimus ille Germanorum more cum in civilibus tum in criminalibus. Forum duplex, aut ex Jure Dominii, aut ex Imperii Jure. Dominus diiudicabat & evocabat etiam, licet alias Dominus crimina diiudicaret libere, eos, qui ipſi aut corpore & bonis, aut

etiam

etiam bonis tantum erant affecti. (LXXVII. ſq.) Jus Imperii contra vigebat in liberorum litibus, ita tamen ut iudiciis in liberos, homines curiales etiam ratione criminum tenerentur. (Ibid.) Eo quoque relata ea, quae curialium debita, bona mobilia, & cauſſas non hubarias concernebant. (Ibid.) Uti actiones aut in perſonam comparatae aut in rem, ita iudex domicilii vel rei ſitae erat unice competens. (P. II. c. 91.) Opificum cauſſae ad Senatus cognitionem relatae, criminibus Juri ſui fori relictis. (P. II. c. 43.) Ratio inde, quia Politica ad Senatum pertinebant, crimina non aeque, nec etiam iudicia (*a*).

(*a*) ORTH Anmerk. über die Frankf. Reformation T. V, p. 132. ſqq. & meminiſſe te volo Scabinatus Aquenſis, Magdeburgici, Lubecenſis ac plurium aliorum.

§. LIII.

Primum diſpoſitum, ut Imperator iudicia conſtitueret, in certo ac praefinito iudicii loco, per totum Imperium. Judicem & Scabinos illius, viros optimos ex illa regione eſſe oportet. (P. I. c. 7. 10. P. III. c. 14.) Eorum officium deſcribitur. (P. I. c. 8. 9. 10.) Judicii Scabini ſufficiuntur per illorum Collegium, & ſi Judex aut Scabini improbi ſint, deſtituuntur. (P. I. c. 10.) Judex iniuſtus omni honore excidit, imo necandus dicitur. (P. I. c. 9.) Judici nihil poteſtatis niſi in ambitu Jurisdictionis ſuae. Nec ille unquam ſine Scabinis iudicat. (P. IIII. c. 4. 5. 6. 7.) Judicium etiam nuncio praeditum eſſe debet. (P. I. c. 11.)

§. LIIII.

Statutum porro, ut nemini liceat auſu privato vindictam exercere in alterum, ſub poena violatae Pacis, ſed eum in iudicio conveniat. (P. I. c. 13. 31. 35. P. II. c. 20. 26. 44. §. LXII. infra.) Qui contra haec feciſſet, rapinam committebat, (P. II. c. 20.) & damnum paſſo nulla adminiſtrabatur iuſtitia. (P. II. c. 77. 109.) Uti vero via facti ſtatim coërcebatur, & quidem etiam ex officio, & nemine implorante, (§. LXI. LXXXVII.) ita contra poſſeſſorem nil niſi actio reſtabat. (P. II. c. 108.) Non illa tamen ſtatim, antequam amice de re

reddenda esset interpellatus, (P. I. c. 28. sq. P. II. c. 20. 107.) illo vero negante, demum iudicem adire permissum. (P. I. c. 34. P. II. c. 107.) Adeundus tamen intra annum, sub poena amissionis causlae. (P. II. c. 107.)

§. LV.

Comparebat Actor aut una afferens Procuratorem suum virum honestum (P. III. c. 15.) & immobilibus proprietariis praeditum, (P. II. c. 24.) aut vero talem a iudice rogabat, si sibi non satis in causlam orando confideret, cui ter pro illo perorare licebat. (P. I. c. 12.) Propositione facta, iudex eum & Procuratorem de calumnia iurare, & solitis de Jure quaestionibus satisfacere iubebat. (P. II. c. 107.) Praestanda quoque ab illa cautio de iudicio non deserendo. (P. I. c. 21.) Hisce praeviis, in causlis liquidis ac claris procedebatur per Mandatum *ane Klage* (P. I. c. 14. & infra §. LXXXXVIII. & C.) aut notorietate destituebatur, quo casu fiebat citatio ad satisfaciendum vel respondendum, sub termino 14. dierum, qui bis repetendus, & in tertio termino adeoque sex septimanis & tribus Juridicis contumax causla cadebat. (P. I. c. 15. 30. P. II. c. 91. P. III. c. 17. 19.) Actor contra, si vel una vice non comparuisset, actionem censebatur dereliquisse. (P. I. c. 3. P. II. c. 107. & infra §. LXXXXVII.)

§. LVI.

Singulare hic erat in peregrinis, ut si eorum alter alterum conveniisset, terminus unicus duarum noctium vel in continenti statueretur, ad satisfaciendum vel respondendum. Quod tamen non obtinebat in peregrino civem conveniente, cui non nisi terminus currebat ordinarius, (P. I. c. 16. 17.) Arrestum nemini inferebatur, nisi prius de satisfaciendo monito, nec immobilibus praedito, & statim proxima iuridica, citato arrestato, in iudicio repetendum atque cognitioni submittendum. (P. I. c. 30. 31. 32. 33.) Is, qui coram Judice suo Jus non reddebat, ubicunque poterat arrestari ac apprehendi, sicut & is, qui se occultaverat iudicii fugiendi causla. (P. I. c. 27.

27.28.30.34.) Exceptio tamen in illo, qui neceſſitate aut paupertate impeditus, in iudicio haud eſt praeſens, (P. I. c. 36.)

§. LVII.

Reo comparente, omnino ei neceſſum erat nunciare, ſe adeſſe ad ius ſuum defendendum, quod ſi non faceret, & finem iudicii, citato antea etiam actore, expectaret, actore licet contumace, reus pro tali reputabatur. (P. I. c. 22.) Interdum pro re nata & pro reo principali Procurator admiſſus. (P. II. c. 91.) Contra abſentem a provincia autem iudicari non poterat. (P. I. c. 29.) Licebat partibus etiam de terminis, quibus legalibus derogari poterat, ante litem conteſtatam paciſci, id quod poſt illam non amplius iis integrum ſine praeſcitu iudicis. (P. II, c. 1.) Exceptio propoſita abſolvenda erat. (P. IIII. c. 2. & infra §. LXXXXVII.) nec admiſſa quaevis, ſed plane liquida. (§. LXXXI. LXXXII.) Summa & princeps exceptio rei iam ſemel in iudicium deductae ac iudicatae, de quo etiam ſemper, antequam Proceſſus decernerentur, quaerebatur. (P. I. c. 4. P. II. c. 93.) Poſſeſſione controverſa ſequeſtrum decernebatur, & iudex in quantum pote, de transactione laborabat. (P. II. c. 108.) Eo vero non ſuccedente, ad probationem procedebatur, ſi partes non ſponte cauſſae renunciarent in iudicio. (P. II. c. 1.)

§. LVIII.

Probatio inſtruebatur aut per inſtrumenta, aut per teſtes, aut per ocularem inſpectionem. In probando admittebantur 1. Imperiales literae. 2. literae ac tabulae ſigillo Senatus munitae. 3. ea, quae perſonae honeſtae ſigillis decoraverant. 4. literae iudiciales. 5. literae de venditione aut oppignoratione conſcriptae. (P. II. c. 27.) Teſtes opus eſt ſtatim in primo termino produci, eos autem ſecum non habenti terminum petere licebat ſex ſeptimanarum & trium dierum. (P. I. c. 18.) Neutrum ſi faciat, teſtibus non amplius auditur. (Ibid.) Si teſtari nollent teſtes, a iudice mulctis coercebantur. (P. I. c. 18.) & de omni damno actori tenebantur. (P. I. c. 18. §. LXXXXVII.) Debebant autem eſſe teſtes in actionibus realibus, (§. LXXIII.)

bonis praediti, (§. LXXVIII.) alias rerum gnari, (§. LXXVIIII. LXXXVIII. LXXXXVII.) viri omni macula carentes. (P. I. c. 19. & P. II. c. 81. P. IIII. c. 1.) ut & aetatis 24. annorum. (P. I. c. 19. P. IIII. c. 1.) Tribus teſtibus abſolvebatur omnis probatio, excepta ea, ubi de vita agebatur, ita ut tertio teſte deficiente, ipſe actor, ſi vir honeſtus eſſet, in tertii locum ſuccederet. (P. I. c. 20.) Teſtis ſi falſus fuiſſe deprehenſus eſſet, in exilium agebatur, & omnibus bonis in Imperio privabatur. (P. II. c. 3. c. 80.) Quae circa iuramentum rei purgatorium cautiones fuerint, (Lib. I. c. 41.) late exponitur, ubi & de capitis poena in periurum.

§. LVIIII.

Sententia ferenda ſecundum Scabinorum vota, (P. I. c. 7. 9. 21.) ea vero lata, lucente adhuc ſole eodem die exe-cutio erat petenda ſub poena commiſſi, & alter iudicato ſatisfacere adigebatur. (P. I. c. 23. 24.) Pro executione interdum capiebantur pignora poſtea vendenda, ſalvo reſiduo debitori aut creditori pro re nata, niſi actor ea ſimpliciter acceptaſſet, quo caſu non datur regreſſus. (P. I. c. 25.) aut is, qui ſolvere non poterat, alteri permittebatur in ſervitutem temporariam, ita tamen ut humane haberetur, ac ſufficienter aleretur. Qua in re ſi creditor peccaſſet, Imperatoris poenae ſubiiciebatur. (P. I. c. 26.) Si quis vero vitam aut membra alteri obligaſſet, executioni id non commiſſum, ſed uterque pactum celebrantium ſevere coercebatur. (P. I. c. 38. 39. 40. II. 88.) Et ſupra iam hac de re diximus. (§. XIII.) Si quis vero Jus dicenti vi reniteretur, crimen committebat Pacis publicae, & quilibet iudicem iuvare, eumque invadere, ſub eadem poena tenebatur. (P. I. c. 2. 7. 27. P. II. c. 82.) Inde etiam intelligetur, quid ſibi velit clauſula *poenae indignationis Caeſareae*, qua utimur.

§. LX.

De Appellatione in hoc libro nihil legitur, fortaſſis ideo, quia antiquioribus temporibus appellationes non erant admodum frequentes (*a*). Nec etiam aliquid de aliis remediis. Non ambigo

ambigo tamen, fuiſſe remedium, cuius veſtigia quippe & antehac & poſtea invenire datur. Haud tamen dubitaverim, & certas cauſſas fuiſſe exceptas, & Judicia quatuor aulica maiora, de quibus alias dicam (*b*), ulteriori in rebus eo provocatione delatis appellationi haud fuiſſe ſubiecta. Idipſum fere dixerim de curiis ſuperioribus maioribus (*c*) ſive Scabinatibus Imperialibus. De caetero certum, ſtante pede & viva voce, in continenti tantum Appellationi locum datum, cum ſententia eodem die executioni eſſet committenda, (§. LVI.) & iudex ante ſolis occaſum iudicium finire deberet, ita ut id nec cito, nec ſero nimis fieret. (P. I. c. 37.) Certi autem hoc Juris, cauſſam alio die reſuſcitari haud quiviſſe.

(*a*) SENCKENBERG de Evocationibus p. 1386. ſeq.
(*b*) Tractatu ſpeciali de Caeſarea in Germania Jurisdictione, iam praelo parato.
(*c*) ORTH ad Reform. Francofurtenſ. ad Part. I. Tom. V. p. 131. ſqq. qui late hanc rem peroravit & erudite.

§. LXI.

Ad cauſſas *criminum* eorumque procedendi rationem iam accedendum eſt. In his generaliter ſciendum, omnia iudicia criminum referri ad Imperatorem: a civilibus etiam plane eſſe diverſa, (§. LXXVII.) nec Scabinos teneri de criminibus iudicare, ſi notorie quis mortem meritus ſit, (P. I. c. 10.) qui ſtatim illi addicendus ſine deliberatione (*a*). Et primum quidem monebo, de iudiciis inquiſitoriis pagenſibus *Ruggerichten* (*b*) Jus noſtrum agere. (P. II. c. 119.) Inde cuilibet incumbit, homines ſuſpectos apprehendere, & carceribus praeſentare. (P. II. c. 2. 19.) Ita ut quilibet ad hoc ſub poena eiusdem criminis adigatur. (P. II. c. 66.) Item de hoc alibi agitur. (P. II. c. 42. 69.) Poſtea omnibus iniungitur, ut id, quod contra Leges clam aut aperte fieri vident, deferant. (P. II. c. 62. P. IIII. c. 17.) Non indicantes, iisdem poenis quibus crimina patrantes ſubiacent: (P. I. c. 13.) quod etiam in captos dimittentibus obtinet. (P. II. c. 69) Et unusquilibet in caſu maleficii defenſionis cauſſa adeſſe ac accurrere iubetur. (P. II. c. 63.) Praecavetur autem ſimul, neminem apprehendendum eſſe, niſi eum, qui id meruerit. (P. II. c. 65. 66. 69.)

Inde etiam Jura pro innocentia laborantia definiunt, criminis autore in incerto inter duos manente, utrumque potius dimittendum, quam eorum alterum insontem simul puniendum esse. (P. II. c. 64.)

(*a*) Hinc intelligi poterit Judiciorum Westphalicorum procedendi modus, & satis hodie expedita ratio vetus *des Beſiehnens*, de qua alias egimus. Sed non aliunde rectius explicabitur. Adde TACITI Germaniam c. VII. de sacerdotibus, & compara cum illic ab eodem autore c. XII. dictis.

(*b*) De hac voce DREYER Anmerk. P. II. p. 741. cuius menti deferimus.

§. LXII.

Postea dispositiones decurrunt ad causas criminum speciales. Primo de prava consuetudine refertur, doceri debere subditos ter singulis annis de Juribus Imperii (*a*), ut omnis exsit mala consuetudo, quam inducens morte mulctari debeat. (P. II. c. 47. 48. adde §. LXXXVIIII.) id quod deinde restringitur ad eas consuetudines, quibus subditis violentia fiat, ac Imperatoris Jura in villis ac alias deteriora reddantur. (P. II. c. 89. 119.) Paci publicae omnes studere debere imperatur, nec quenquam sibi ipsi aut mutuum via facti, (P. II. c. 20.) sub vindicta raptus, aut bona alia, in quibus Jus ipsi non sit, vindicare debere. (P. II. c. 26. 42.) Addita poena, quod etiam alia eius bona, fisco, a quo descenderint, praeterea vindicari debeant. (P. II. c. 25.) Extenditur hoc etiam eo, ut inventa & res apud se existentes, quae alterius sunt, celans, furti sit reus. (P. II. c. 40. 41. 42.) Furtum ergo quodammodo ad tutelam pacis relatum, & multa ad furtum, quae eo pertinere nescivimus. Quod studium Pacis publicae servandae etiam alias ubilibet elucet. (P. II. c. 82.)

(*a*) Hinc in civitatibus Imperii bene multis, e. g. Weissenburgo in Noricis, receptae vel hodie Praelectiones privilegiorum aut Statutorum. Imo in ipso Consilio Imperiali aulico, ex veteri more, quotannis ordinationes praeleguntur.

§. LXIII.

Pertinet etiam huc notum *heimsuchae* Germanorum crimen, ubi quis alterum in aedibus suis invadit. De illo disponitur, (P. III. c. 16.) ei, qui alterum invadit, etiamsi inde damnum ferat, nihil plane praestari, verum potius eum habere quod

quod ſibi imputet, ac nihilo minus invaſo ad ſatisfactionem teneri. Falſi, defraudationis, dolique crimen acerrime vindicatur. (P. II. c. 67.) Aeterna deinde in rem furtivam ſtatuitur autoritas, & rem furtivam detinens, ſi autorem nominare neſciat, furti reus declaratur. (P. II. c. 68.) De ſcortatione & adulterio diſponitur, diciturque, adulterium extra poenam eſſe, ſi uxor in adulteri aedes ſe conferat, (P. II. c. 22.) alias etiam maritum neque in adulterum neque in uxorem vindictam privatam exercere poſſe, licere ei tamen, eos capere, & iudici puniendos exhibere. (P. II. c. 22.) Si vero uxorem, quae in alterius aedes diverterat adulterii cauſſa, quod licet, privata autoritate, peſſimo veſtitu indutam domo exturbet, eum caſtitatem ſervare, alias vero eam recipere teneri. Si autem ipſi vim inferat pro arbitrio ſuo privato, ita ut valetudini illius noceatur, uxorem retinere cogi. (P. II. c. 23.) Scortatio autem ſive inceſtus cum moniali capitis poena coercetur. (P. II. c. 61.) De periurio autem ſupra. (§. LVIII.)

§. LXIIII.

Si quis alterum de crimine famoſo diffamet, nec id probet, eandem poenam ſuſtinet, quae alteri, ſi ideffeciſſet, fuiſſet ſubeunda. (P. II. c. 21.) Simplex diffamatio ideo duplici emendae ſubiicitur, quia non diffamatione, ſed iudicio agendum eſt. (P. II. c. 46.) Calumnia vero carcere Imperatoris digna reputatur. (P. II. c. 79.) In iniuriis verbalibus is damnum fert, qui rixam coepit. (P. II. c. 78.) Et ita quidem res in Proceſſu & criminibus comparata, ea vero, quae de reſiſtentia, quae fit poteſtati, huc pertinere videbantur, ut & ea, quae ad vindictam privatam illicitam referuntur, iam ſupra (§. LIIII. LVIIII.) praelibavimus. Diximus etiam illa, quae de poena indignationis Caeſareae huc ſpectare poterant, & omnino hic verbulo repetenda ſunt.

§. LXV.

Ad *Jus perſonarum* quod attinet, Caeſareum Juris Corpus ſervitutem abrogatam vult (*a*), & omnes eſſe liberos. (P. II. c. 15. & P. IIII. c. 8.) Caeterum duo liberorum

tatum hominum genera esse statuit in Imperio, ministeriales & censuales (*b*). (P. III. c. 7.) Quod ad reliqua, primo de sponsalibus disponitur, quod virginem sub spe & promisso matrimonii decipiens eaque abutens primum per sex hebdomadas incarcerandus, deinde deceptae, ut se de matrimonio cum eo ineundo declaret, sistendus, & tum si illa ei nubere nolit, perpetuis carceribus addicendus sit. (P. II. c. 83.) Is autem, qui sponsalia facta negat, & de eo convincitur, eousque incarcerandus esse dicitur, donec mulierem ducat (P. II. c. 86.) Id quod simili modo in eum statuitur, qui uxorem legitimam derelinquere tentat. (P. II. c. 84.) Qua poena etiam alteram derelinquens & alteram ducens plectitur. (P. II. c. 85.)

(*a*) Quomodo haec capienda sint, praeclare docuit NELLERUS in Prodromo Historiae Trevir. Diplomaticae *Honthemiano* p. 281. & 531. sq. qui sub Imperatoribus nostris Germanicis, apud Treviros plane servitutem Romanam & Francicam desiisse, & cum servis peculium esset, non nisi jus *optimi pecudis* remansisse Dominis existimat, successisseque inde nomen *mansionariorum*, Hoflude. Id quod etiam alibi ab eo ulterius illustratur, & differentia mansorum ostenditur. Ubi & consule celeberr. DREYER Abhandlungen T. I. p. 410. sqq. Conforme id mori Germanico TACITO Germ. c. 25. iam descripto, ubi servi tantum agriculturam curabant. Sed alia tamen onera ministeriorum domesticorum, angariarum, banni hospitiorum, furnorum, aliaque manserunt, ipsaque optimi capitis praestatio, pro differentia regionum, plures recepit figuras, licet servitus diceretur sublata. Pertinent huc scita MEINDERSII de curiis, & POTGIESERI de servitute. Praeclare autem de Gallia sua hactenus Nicolaus le Maistre Illustratione sacri patrimonii, seu de bonis & possessionibus Ecclesiarum Libro III. per totum, ubi de mansis, praediis, servis, colonis libertis, & C. II. quo tempore servitutes desierint. p. 376. sqq. Liber editus Parisiis 1636. 4to. sed hodie est rarissimus.

(*b*) Idem hoc est, ac si diceres, milites & militares, & militiae non operam dantes, *adeliche und unadeliche*. Legantur GRUBERI Orig. Livon. p. 138. nota, & clariss. SCHEIDII Nachr. von dem Adel p. 21. sqq.

§. LXVI.

De liberis statutum, ut pater materque liberos suos regant paterna mansuetudine, usque dum ad annos discretionis veniant (*a*). (P. II. c. 4.) Si parens filio sine caussa iniquus sit, sanguine iuncti cum salva portione hereditaria separent. (P. II. c. 5.) Nec parenti permissum filium grandiusculum verberare, sed si is excesserit, iudex est adeundus: (P. II. c. 6.) secus si faxit, eumque verberet, ab Imperatore mulctatur: (P.

(P. II. c. 15.) filius tamen usque ad annos discretionis obedientiam praestare iubetur, alias sine subsidio paterno aedibus exturbabatur. (P. II. c. 7. 8.) Successores & heredes sui cuique liberi, & vice versa Parentes filiorum, (P. II. c. 13. 34. 97.) quin & nepotes ex filiis praemortuis parentes repraesentant (P. II. c. 14. 34.) & eorum ratam capiunt. (P. II. c. 71.) De regula parentes filios exheredes non scribunt, liberum tamen est eis ex caussa legitima tantum usumfructum alicui ex illis relinquere, reliquis liberis administratione concredita. (P. II. c. 9. 10.) Tres tamen caussae perhibentur, ex quibus filius plane exheres scribi possit, si nimirum parentem verberet, cum uxore illius adulterium committat, aut christianismo renunciet, cui aequiparatur is, qui contra Imperium aliquid machinatur. (P. III. c. 16.) Dissortium ex duabus uxoribus liberorum Jura haec sunt, ut liberi capiant cuiusque matrimonii mobilia & acquaestum, Bona vero mobilia & immobilia postea acquisita, liberis ex utroque matrimonio cedant aequis partibus. (P. II. c. 53.)

(a) Habes hic fundamentum potestatis maternae in liberos, & terminum, quo potestas patria apud nos desinebat. Utrumque vero Juri Romano plane adversum est.

§. LXVII.

Jus etiam liberorum iam erat in vita patris quoad bona hereditaria illius fundatum, quippe quae non nisi ex caussa captivitatis aut debitorum vendere permittebatur, si autem ea sine caussa dissiparet legitima, liberi bona occupabant, parenti alimenta tantum praebituri. (P. II. c. 11. 12.) Mortua autem matre, bona ad liberos quoad proprietatem devolvuntur. (P. II. c. 97.) Hinc si parens liberorum bona in emphyteusin concedere velit, consensu opus habet, aut minorum iam maiorum factorum ratihabitione expressa. (P. II. c. 102.) Venditio etiam a patre, non consentiente filio, facta, nullius est momenti, ita ut filio permissum sit, intra annum a die scientiae, eiusmodi bona vendita pleniissimo iure sibi vindicare. (P. II. c. 103.)

§. LXVIII.

§. LXVIII.

Uxori contra nullum marito in bonis mariti propriis diſtrahendis contradicendi ius eſt, ſi liberi haud ſint, & ipſa vidualitium pacta eſſet (*a*), modo hoc ipſi ſit ſalvum. (P. II. c. 100.) Huius conſtitutio valet in tantum, ut & liberi & agnati illud agnoſcere ac praeſtare teneantur, ad quos tamen, mortua vidua, ſi nihil praeterea dictum ſit, fundus vidualitius revertitur. (P. II. c. 98.) In feudo accedat Domini conſenſus. (P. IIII. c. 33.) Licet tamen uxori paciſci de vidualitii proprietate, & ſemper illud debet conſtitui in bonis propriis ac ſtabilibus, ita ut uxor ſtatim in poſſeſſionem mittatur. (P. II. c. 51. P. IIII. c. 33.) Uxori omnia pro dotalitio conſervando competunt, quae alias proprietario, in defenſione ſuarum rerum. Nec quocumque modo illud vel pro ea vel pro marito diſtrahi aut gravari debitis poteſt, cum omnia hactenus quocumque demum modo acta, ob commodum publicum nulla ſint. Et quilibet ita deluſus ſibi in advertentiam imputet. (P. II. c. 52.)

(*a*) Hoc enim communio bonorum infringitur.

§. LXVIIII.

Liberi utroque parente mortuo ſunt ſub legitima tutela agnatorum, non cognatorum, qui ideo etiam Imperatori tenentur. Proximior hic ſuccedit remotiori. Si nemo adſit, Imperator praefecto ſuo, aut alicui probo viro, tutelam iisdem Legibus committit. Ex fide vero tutela gerenda, ſine bonorum diſſipatione, excepto caſu neceſſitatis. (P. II. c. 32.) Homo etiam ſui iuris & maior poteſt itidem id genus Procuratorem ſibi conſtituere, cui omnia bona ſua committat, & ſine illius conſenſu nihil agat. A quo pacto deinde conſtituenti reſilire non licet. (P. II. c. 33.)

§. LXX.

Tam liberi patriae poteſtati ſubiecti, quam etiam tutelae, cenſentur maiores eſſe, filii quidem XII. annis nati, (*a*) filiae autem XIIII. expletis. (P. II. c. 17. P. III. c. 10.) Et quae alias

alias de XXIIII. annis diſpoſita, in iudice, Scabinis & teſtibus (P. I. c. 10. 19. IIII. 1.) uſu fori hic non ſervantur. Homo autem maior factus, quaecunque promiſit anno maioritatis primo, praeſtare poſtea ſemper tenetur, rem etiam ſuam amittit modis in Jure determinatis. (P. II. c. 88.) In qua re nihil niſi abſentia ultra trium dierum iter & quidem continua excuſat, propior enim, aut ſemel reverſus eodem iure haud utitur. (P. II. c. 72.)

(*a*) Adde hic dicta *ſupra* (§. XIIII.) ubi pluribus rem excuſſimus.

§. LXXI.

In iure perſonarum & hoc notandum, quemlibet privilegiis Caeſareis ſpecialibus praeditum, nihilo minus quoque uti poſſe Jure communi, etiam ratione fori, quia, quae Imperator conceſſit, communia ſunt omnibus. (P. II. c. 73.) Quae vero paſſim in Jure Caeſareo de civibus, ruſticis, praefectis ſylvarum & alias traduntur, ubi de rerum Jure agemus, uberius exponentur. Jura Nobilium autem in iis, quae ad Jus publicum ac feudale referenda, itidem non negligemus, hic ea dixiſſe ſatis habentes, quibus proponendis haud foret alias occaſio.

§. LXXII.

Dominii & rerum acquirendarum atque transferendarum Jura itidem aliquibus tanguntur. Illud incipiebat a poſſeſſione ſive inveſtitura, *Einvveiſung*, ſive in feudalibus ſive in alodialibus (*a*). Sed non neceſſe erat, ut de titulo conſtaret, & poſſidebat quilibet, quia poſſidebat. Attamen non quaevis ſufficiebat, ad manutenendum contra vim alterius, qui Jus ſibi in re ex cauſſa probabili aſſerebat, poſſeſſio: verum ille demum etiam contra Dominum ac priorem poſſeſſorem manutenendus, qui ſex hebdomadibus & tribus Judicis in poſſeſſione fuit, ſine querela apud iudicem mota. Et tum actor probare debebat, rem ſuam eſſe. Interea reo, qui poſſeſſionem ſuam defendit, nulla emenda ideo iniungitur, ſi invaſori damnum inde contingat, ſed hic damnum fert, ac Imperatori duplicem praeſtat emendam. (P. II. c. 109.)

Nullae ergo nobis poſſeſſorii ordinarii tricae, Italiae litium propaginis inventum, ſed ſtatim poſt momentaneum finitum, petitorium. Uſi olim ſumus hoc textu, cum demonſtrare anniteremur, cur Rex in diſcordia electus, praeciſe ſex ſeptimanis ac tribus diebus in campo Electionis apud Francofurtum haerere coactus fuerit, nec approbatione caruit id quod egimus. (*b*)

(*a*) Vide HALTAUS Gloſſ. voce *Einweiſung*. HOMMEL Colleg. Jur. feud. p. 56. & diu demonſtravimus in primis lineis Jur. feud. §. 228. idem eſſe Inveſtituram ac Germanicum *Einweiſung*.

(*b*) SENCKENBERG Sammlung von ungedruckten und raren Schrifften. Partis I. praef. §. 9. ſqq.

§. LXXIII.

Pleniſſime autem tutus erat ille ab omni adverſus Jura Dominii impetitione, qui rem aliquam anno & die, ſive anno, ſex ſeptimanis & tribus iuridicis poſſediſſet, idque per eorundem bonorum, ſive naſcendi ſorte, ſive per emtionem conſortes probaret. Eo uſque etiam & non ultra protendebatur evictionem praeſtandi neceſsitas. (P. II. c. 90. 102. 106. 112.) Id vero tantum pertinebat ad res in iudicio traditas, nec vi iniuſta praeſenti interverſas, cui annus utilis pro vindicatione currebat. (P. II. c. 90.) Nec pinguiora Jura abſentibus, & in rebus dolo minori aut alteri cuiquam ablatis, (P. II. c. 90. 102.) in quibus nullo plane tempore Domino vero ignoranti Jus ſuum peribat: (adde §. LXVII.) bene tamen anno, ſcienti. (P. II. c. 106.) Et profecto pro rerum ſtatu, qualis tum erat, nihil aequius, nihil iuſtius. Singulis annis novi Magiſtratus, novi etiam Scabini, innovata omnia, cumque nondum ſcriptura uteremur, in tanta humana fragilitate, anno evoluto, peribat fere omnis memoria. Unde civibus meis illud dicterium, *es iſt ſchon über Jahr und Tag*. Et inde adhuc hodie in civitatum quarundam liberarum translationibus bonorum Statutariis iudicialibus, non praeſtatur evictio, niſi ad annum & diem. Inde immunitates a teloneis, variis in locis, inprimis Francofurti quotannis renovandae. Hinc Arenſteinium pro eadem re Dietzae quotannis praeſtat chirothecas & alia. Sed nolim iam pluribus. (*a*)

(*a*) Dictum

(*a*) Dictum ea de re a BENECKE Diss. de praescriptione anni & diei, & a *me ipso* in praef. ad FRISII Tr. von dem Pfeiffergericht & alias.

§. LXXIIII.

Bona sunt aut mobilia aut immobilia. Et de illis quidem libere quis disponebat, heredibus non requisitis (§. LXVII) In mobilibus nemo creditorum expectando sibi praeiudicium creabat, durante vita debitoris, post mortem illius contra, testibus creditum probabat. (P. II. c. 87.) Mobilia inventa iudici indicanda, re non nominata. Invento Domino ei restituenda. Non invento eo, iudex & inveniens ea partiebantur. Occultans erat mortis reus. (P. II. c. 10.) Immobilia autem comparabantur publice in iudicio, deponentibus hubariis, qui etiam damnum praestare tenebantur, si res venditoris non esset. (P. II. c. 92.) Hinc is, qui iura sua legitimo tempore non observabat, illorum interitu mulctabatur. (P. II. c. 93.)

§. LXXV.

Dominium aut privativum sive singulare vel *Ganerbicum* & commune. Bona in condominio possessa communi ope defendenda sunt, & is, qui reliquos haud adiuvat, licet ei lis non mota sit, suam partem perdit. (P. II. c. 94.) Qui condomino portionem ad eum spectantem auferre nititur, suam amittit, & omnes laesum iuvare tenentur. (P. II c 18.) Idem obtinet in eo Ganerbio, qui in casu necessitatis alterum partem suam vendere prohibet. (P. II. c. 105.) Observes vero ubique, Ganerbium & condominium hic esse synonyma.

§. LXXVI.

De rebus civitatum & pagorum Imperii communibus statuitur, ter in anno de communibus hisce consultandum, (*z*) & si quis ea tanquam privata sibi vindicaverit, nullam ullius temporis possessionem ei prodesse debere. (P. II. c 5[illegible].) Sylvarum itidem communium iura exponuntur, quae praecipue in illo tractu habitantium sunt, ita tamen ut exteros non suis bonis privent. In visitatione limitum omnes adesse debent, qui in marca habitant, sub poena amissionis iuris sui;

ſi tamen lis oriatur, etiam illos vocare licebit, qui illic bona tantum poſſident. Et tunc omnes ii etiam venire tenentur, niſi legitimam abſentiam iuramento probent, coram condominis in illo diſtrictu habitantibus. In ſequela vero immorigeris exteris bona ſua tamen vendere permittitur, quo facto ſucceſſor antiqua iura recuperat. (P. II. c. 57.) Exterus in ſylva deprehenſus omnia perdit, quae in ſylvam ſecum tulit. Evadentemiure proſequi licet, ſi extra ſylvam iam inveniatur; Niſi forte ius in marca habenti ligna ſua iam caeſa abſtuliſſet, de iis enim conveniri poteſt. (P. II. c. 58.) Foreſtarii itidem de omni damno patrato tenentur, niſi legitimas habeant abſentiam excuſandi cauſſas. (P. II. c. 59..) Nec foreſtario ſine condominorum marcae praeſcitu, ligna extero alicui concedere permittitur. (P. II. c. 60.)

(*a*) Adde §. LXII. & non minus §. XII. Vides vero, ſermonem eſſe *von denen ungebottenen dingen*, ubi in primo legebatur *das Weiſtum*, cunctaque bona recenſebantur quoquo anno in primo termino. confer. HONTHEIM Prodromo Hiſt. dipl. Trev. p. 229. *Anton.* MATTHAEUM de Nobilit. T. I. p. 518. aliosve. Adde Partis II. hic p. 41. 45. 54. inprimis, ubi videbis, Germanis ex continua praelectione, ſingulis annis repetenda, ſemper fuiſſe ius certum.

§. LXXVII.

Uti vero iura curiarum dominicalium, quibus pagi certi ſubiecti ſunt, a Caeſare fuere conſtituta; ita etiam ſaepe ad unam curiam aliqui relati ratione bonorum, qui in alia habitabant, hi ergo eam ob cauſſam curare debent, ne illa auferantur, & ideo conventus rei ſitae ſingulis annis frequentare. (P. II. c. 114.) Etiam Imperatot praefectos ordinavit, qui reditus colligant, curias viſitent ac defendant, & ſi quis reditus debito tempore non praeſtet, iudicio & in conventibus hubariorum negligentes in ſuis praeſtandis, poſtridie illius diei, quo terminus fuit, (P. II. c. 99. c. 114. 115.) bonis ſuis privent. Praefectus autem non eſt Dominus rerum ſed adminiſtrator. Praefectus hic iniuſte agens capitis poenae ſubiacet. (P. II. c. 115. 116. 117.) Si autem Imperator Eccleſiis aut miniſterialibus reditus bonorum ſuorum dono det, praefecti illi manent, donec officio ſuo rite fungantur, alias eos,

eos deſtituere licet. (Ibidem.) Subditi vero ab iis, quos Imperator bonis beavit, durius habendi non ſunt, atque id ab antiquo obſervantia tulit. (P.II.c. 115. 117. 118.) Hi, quibus bona ab Imperatore concredita, de regula Jurisdictione criminali non potiuntur, niſi & haec in ſpecie ſit conceſſa. Nihil autem illi, cui Jus crimina puniendi competit, in bona eſt poteſtatis, ſed habet tantum emendas ac Jus detractus. (P.II.c.118.) Alibi tamen Jurisdictioni criminali accenſentur debita, bona mobilia & aliae cauſſae non hubariae. (P. II. c. 119. p. 88. ſq.) Et plura ſibi arrogans licite in loco impeditur; ſi vero domi ſit, apud Imperatorem eſt conveniendus. (P.II. c. 118.)

§. LXXVIII.

De regula iudicia in ſolita ſede Caeſaris, (P. II. c. 119.) & pro curiis dominicalibus celebrantur tum, cum cenſus praeſtandus eſt, & iis hubarii adeſſe tenentur, utpote qui & de bonorum amiſſione & de emenda iudicant, & nemo alius. Dirimunt & lites hubariorum inter ſe; (P.II. c. 114. 117.) & lites etiam inter diverſas curias de bonis natas, (P. II. c.114. 119.) ſed iuſſu Imperatoris. Interdum etiam, ſi de damno Caeſaris agatur, eos & extra ordinem praeſentes eſſe oportet. Nec alii teſtes etiam, quam bonis praediti admittuntur. (P. II. c. 24. 114. 117. 119.) Tenentur autem omnes hubarii Imperatoris iura defendere ac conſervare. Poſſunt tamen legitima neceſſitate ſe excuſare. Ita tamen in his exercendis procedendum, ut non praegraventur. Quod ſi fiat, licet illis cenſum retinere. Et ſi is, quem Imperator ſuis beavit, eos ultra modum oneret, iura ſua perdit. Solita enim tantum onera ferunt, & haec ſolvunt ac expediunt, vel per ſe vel etiam per Procuratorem, periculo Principalis cuncta pro eo agentem, in curia dominicali Caeſaris. Nec ad inſolita tenentur, niſi voluntate ſua. (P. II. c. 117.) Si lis inter praefectum aut Dominum de praeſtationibus incidat, cuncta iure agenda ſunt, & laeſis ad Imperatorem eſt appellatio, ubi cauſſa cadens damnum ſuſtinet, hubarii autem ſuccumbentes, praeterea ſummam emendam exſolvunt. (P. II. c. 117.)

§. LXXVIIII.

Quo pacto probatio ab hubario fieri debeat, eo definitur, ut bona ei auferri nequeant, si testes hubarii deponant, eum praedii esse proprietarium & heredem, iusto tempore censum suum praestitisse, ac iudiciis curiae affuisse, & per annum & diem cum omni fructu, quem suum fecerit, possedisse; ita ut nulli alteri in eo ius competierit. Eodem vero modo etiam proprietas defenditur. (P. II. c. 112.) Qui canonem suum iusto tempore solvit, deturbari bonis non potest: (P. II. c. 111. 117.) si debito tempore eum non praestet, & intra citationis terminum pro gratia supplicet, hubarii emendam determinant. (P. II. c. 117.) Casus tamen amissionis alii sunt, si ea deteriora reddat, aut Imperator ipse ea colenda suscipere velit. Non autem Imperator id dolo agat, ut alteri cuiquam dare possit, simul autem hubario meliorationes redat. Ab hoc Dominus liberatur, si resignatio ipsi fiat, excepta tamen caussa paupertatis aut alius necessitatis, ubi eum clementem esse convenit. (P. II. c. 111.) Haec tamen bonorum dimissio haud fit, nisi Domino consentiente, a quo etiam consensus ad translationem in alium pendet. (P. II. c. 101.)

§. LXXX.

Emphyteutica bona partiri non convenit, sed uni cedenda sunt. (P. II. c. 117.) Vendens autem bona sine controversia emphyteutica debet id facere iudicialiter, per tres quatuordecim dies; si vero ea vendat pro propriis ac a nullo Domino moventibus, illa perdit. (P. II. c. 113. 114.) Et Scabini emtori pretium resarcire tenentur, quia hactenus nil nisi consensu Caesaris, aut illius, qui in eius locum succesit, qui tamen ea curialia esse probare debet, facere licet. (P. II. c. 113.) Census autem alia ratio est quam Emphyteuseos, ubi quis propriis bonis censum praestantibus, si eum solvere differat, non statim privatur, sed legitime est conveniendus. (P. II. c. 99.) Nec etiam omnia bona inter emphyteutica sita talia eo ipso sunt, sed qualitas eorum consideranda, nec iis insolitum onus iniungendum. (P. II. c. 117. p. 83.) Ita ut videamus

deamus, tum generales illas praesumtiones, quae bona ex liberis serva reddunt, ob situm & qualitatem bonorum circum circa sitorum nondum valuisse, homines etiam, qui liberi erant, nulla praesumtione Juris curialis gravatos esse. Imo ne ipsi quidem Imperatori competiisse *territorium*, quod *clausum* dicunt.

§. LXXXI.

Uti vero fundi possidentur aut iure perpetuario, aut etiam tantum vitalitio, ita id genus possessori permissum non est, Domino proprietatem intervertere, quod attentans ius suum perdit. (P. II. c. 76.) Similiter etiam interdum Dominus rerum suarum arbitrio caret, quando ea suffugii (*Fluchtsale*) caussa, quo creditores defraudentur, in alios transfert, perinde enim haberur, ac si illa adhuc possideret, (P. II. c. 110.) & creditoribus ac fideiussoribus inde satisfit. Quae cum partim ad Jura Dominii partim ad Jura *contractuum*, ad quae nunc transimus, pertineant; id etiam sciendum est, eum, qui pro altero ad obstagium se obligavit, iusto tempore esse monendum, qui ita monitus solvere teneatur sine exceptione. Nec ipsi licet ordinis Jura & excussionem principalis obmovere, (P. II. c. 45. 80.) cuius ne quidem exceptionibus utitur, de summa tantum debiti, ut per eum informetur, iuribus largientibus. Soluto debito adversus principalem habet regressum, iterum sine omni reo concessa exceptione, etiamsi a creditore iniuria debitum esset exactum. Potest tamen principalis, quando fideiussori suo satisfecit, separata actione id, quod non iure extortum, ab eo, cui fideiussor se obligaverat, repetere. (P. II. c. 80.) Tenetur ergo hic unusquisque tantum ei, cui se obligavit, nec etiam de persona in personam transeunt exceptiones. Plane hodie huius iuris vestigia sunt in cambio.

§. LXXXII.

In emtione venditione singulare nihil occurrit, eo excepto, quod bona communia civitatum & pagorum non possint vendi, sed tantum, necessitate ingruente, reditibus annuis

annuis onerari. Bona autem collegiorum piorum ac monasteriorum distrahi permissum, si inde eorum census augeatur, etiam sine necesitate. Alias vero id sine consensu Imperatoris illicitum. (P. II. c. 74.) Emtio venditio de caetero in iudicio celebranda, si quis tutus esse vellet, & tum hubarii de rei conditione rogati damnum praestare tenebantur. (P. II. c. 92. supra §. LXXX.) Et sibi imputet, qui legitimam iuris rationem non observat. (P. II. c. 93.) Locationem conductionem sive venditionem ususfructus ac operarum quod concernit, tempus pactum ac conventum & Domino & in ministerio constituto observandum est, nisi arbitrio iudicis, lite orta, causa prius sit discussa. Tum enim demum ei, cuius causa iustior deprehensa, contractui renunciare integrum relinquitur. Servus autem aut ancilla tantum iudicantur secundum legem contractus. De iniuriis contra realibus eis illatis iudex mulctando cognoscit, cum ministri sint in pace Imperii. (P. II. c. 28.) Ministri, administratoris ac famuli contractu, sive iure sive iniuria celebrato Dominus tenetur, nec res suas distractas vindicat, quin adhuc nomina contracta solvere iubetur. (P. II. c. 29.) Si minister damnum inferens a sciente retineatur, nec aedibus eiiciatur, anno elapso Dominus mercedem ei solvere adigitur, nec ob culpam praetensam iure retentionis uti licet. (P. II. c. 30.) Eorum autem, qui in diem tantum conducuntur, merces diurna statim est solvenda, alias conducens emendae iudicis subiicitur. (P. II. c. 31.)

§. LXXXIII.

In summa sciendum est, omnia promissa esse servanda, (P. II. c. 39.) modo sponte facta & coacta non sint. (P. III. c 7. 15.) quia coacta, durante anno, impedimento cessante, retractantur. (§. LXXIII.) Iis tantum exceptis, de quibus pacisci non est in pacisccntium arbitrio, uti id passim indicavimus. Damno dato quasi contrahitur, & is qui cavere potuit factum illud, quo damnum contigit, illud refarcit. Si vero fato quodam divino ortum, & nulla humana providentia illud avertere licuisset, casum fortuitum fert is, cui ille ab altero obvenit.

obvenit. (P. II. c. 54.) Cuncta ergo hic in iudicantis arbitrio. Et tantum de contractibus ac obligationibus.

§. LXXXIIII.

Quoad *ultimas voluntates & Jus hereditarium* multa disponuntur singularia. Caussa intestati semper potior. Heredes successoresque suos cuique liberos dixi, (§. LXVI.) ubi & de iure repraesentationis. Liberis non existentibus aut praemortuis ab intestato bona capiunt cuiusque coniugis sanguine iuncti proximi. Illata prout ea quisque intulit, acquisita vero aequaliter. Deficientibus heredibus res cedit Imperatori. (P. II. c. 95.) Id vero obtinet, si pactum de succedendo non condiderunt, hoc autem facto supervivens disponit, aut ea suis heredibus tantum ab intestato defert. (P. II. c. 96.)

§. LXXXV.

Successio autem per ultimam voluntatem ita transfertur: ut inter vivos res suas tradat homo, in quo & eorum voluntas valet, qui surdi, muti, aut claudi sunt. Quos, qui impedit, adversus Imperatorem agit. (P. II. c. 35.) Et tum simul tradenda possessio, alias enim si disponens in possessione maneat, nihil agit, ac potius is, cui sua decrevit, defraudatur. (P. II. c. 36. 37.) Traditio fieri potest ab omni mentis compote, sive corpore sanus sive aegrotus sit. (P. II. c. 36. c. 90.) Fit id per resignationem iudicialem, cum nulla alia securitatem praestet, atque verbis facta revocari queat. Praefertur enim tali donatario verbis nudis immisso, semper is, cui traditio iudicialis contigit. Et ius tantum habet amicus ex nudo promisso, si voluntatem donans haud mutet. (P. II. c. 37.) Si quis creditum alicui concedere velit, agat id per delegationem, quo securus sit donatarius. Moriturus autem nomen recte legat, cum ita variare nequeat. (P. II. c. 38.)

§. LXXXVI.

Heres etiam creditoribus tenetur, & nominibus satisfacere. Hinc si hereditatem adiit ac apprehendit, non habet

quod opponat. (P. II. c. 49.) Uxor heres mariti cum liberis, (§. XXXXVI.) ea autem, quae debita cum marito contraxit, ab iis se liberare hoc modo potest, si domum mortuariam a funere mariti reversa non intret, verum illam cum omnibus in ea existentibus derelinquat. (*a*) Quo facto & vidualitium illi salvum manet. (P. II. c. 50) Bona etiam, quae quis male parta, in hereditate invenit, etiamsi longissimo tempore a defuncto possessa fuerint, vindicari a Domino rei ignaro possunt. Siquidem eum Imperator iuri suo restituit, & iniuste detinenti auferre potest vitam ac bona, licet legitima tempora praeterierint. (P. II. c. 104.)

(*a*) Haec iura olim etiam Francofurti patriae meae, quae illustravit SIEGENER (§. XXXVIII.) supra citatus, nec non ORTHIUS in Anmerkungen über die Frankf. Reformation P. III. p. 602. sqq.

§. LXXXVII.

De *Jure publico* in complexu ita habet. Cuncta referri ad Imperatorem. Ei ius tribui in omnia, etiam Dominia subditorum ac vitam, si delinquant, Principibus non exceptis. (P. II. c. 25. 104.) Fons ille omnis iuris ac iurisdictionis. (P. I. pr. & c. 2.) Quia ab illo iurisdictio & cuncta bona dimanarunt. (P. III. c. 6.) Imperator ut legitime natus sit, requiritur. (L. I. c. 6. 19.) Tenetur cuilibet iuri se offerenti illud contra se administrare, re interea illi relicta. (P. IIII. c. 15.) Si ius non legitime reddat, deiici eum ab Imperio, (L. II. c. 117. p. 81.) imo plane necari posse, (P. I. c. 40.) secundum ea principia traditur, quae nos, in turbido Imperii statu, a quibusdam mota sunt. Omnes Principes deinde hoc iure membra Imperii, & ne quidem ministeriales proprios, sed nomine Imperii habent. (P. III. c. 6. & supra §. XXI.) Pacis publicae Imperatori praecipua cura & iudiciorum. (P. II. c. 70.) Eique ob pacis publicae tutelam, & ad conservanda bona Imperii quilibet tenetur adesse. (P. I. c. 2. II. c. 112. IIII. c. 8.) Inprimis ab illo Ministeriales Imperii pro tuenda pace publica, contra immorigeros pacis exsortes ac Juris constituti. (P. II. c. 55. III. c. 1. & 8.) Civitates & castra Imperii pacis publicae tutelae haud secus ac ministeriales invigilare iussa,

iussa, plane in Caesaris patrimonio, ita ut illi modis omnibus subiaceant. (P. IIII. c. 1. sqq.) Adversus eum nulla valet ullius temporis praescriptio, sed semper bona sua & iura recuperat. Potest etiam tollere omnis temporis lapsum, si ius id ferat. *(P. II. c. 90. c. 104. 120. Adde supra §. XVII. nota a.)*

§. LXXXVIII.

Cum Imperator pacem publicam ubique tueatur & gratiam suam dispenset, etiam duella abolevit ob abusum. (L. II. c. 70. supra §. XXIIII.) atque inprimis evocationes civium Imperii extra civitatem ad duella. (L. IIII. c. 1. 19.) Cum & hoc ad pacem publicam tuendam pertineat; (P. IIII. c. 19.) Potius quilibet non facto sed iure est persequendus praecipue in civitatibus, modo ius reddere paratus sit. (P. IIII. c. 15.) Qui etiam alterum impedit, in re sua, maximae Imperatoris subiacet emendae. (P. IIII. c 18.) Lites quoque ac discordias inter incolas civitatum ac castrorum praecavet, & quae Magistratus dirimere non possunt, aut verentur, ipse ad se & consilium suum evocat. (P. IIII. c. 14.) Vides vero, longe plura olim spectasse ad Pacem publicam, uti passim diximus, adque hodie eo referuntur, aut referri potuerunt eo, a GAILIO, MAULIO & reliquis Commentatoribus, ipso DATTIO non excepto. Mereretur haec res iuridice rectius discuti. Et patet iam, totam de criminibus publicis doctrinam eo pertinuisse. (§. LXI.)

§. LXXXVIIII.

Civitatibus autem magnam partem domanii imperialis conficientibus, de iis etiam saepe in Jure nostro quaestio est. Eas dicit constituras in tutelam Imperii turbis agitati, & ut iniusti homines ac pravae consuetudines tollantur. (L. IIII. c. 1. 6.) His eum concessisse iudicia coram Praefecto imperiali in cives agitanda, ita ut non possint evocari ad alia iudicia imperialia extra civitatem, (L. IIII. c. 1. 4.) etiam in causis emphyteuticis, (L. IIII. c. 2.) multo minus in iis, ubi civis rem feudum esse negat, (L. IIII. c. 3.) & non nisi ad ipsum Imperatorem. Quousque ergo illic iuri stant, nullibi eos arrestare permissum.

(P. IIII. c. 1.) Praefectus vero, cauſſa propoſita, eam ad forum competens remittit, (P. IIII. c. 5.) ſi videat ad ſe eam non pertinere. Nec alicui alteri in civium corpus aut bona ipſorum poteſtas ulla. Si agatur de corpore, honore & bonis civis, nullus niſi civis Imperii in eum teſtis habilis, licet alii id viderint. Excepto eo, ſi civis deprehendatur in facto & Imperatori ſiſtatur, quo caſu in eum ſicut in alium pronunciandum. Non deprehenſus ſe iuramento excuſat. In placitis etiam Imperii feudalibus ſententiam ferre poſſunt, haud ſecus ac miniſteriales Imperatoris. (P. IIII. c. 1.)

§. LXXXX.

Senatum, qui civitatem regat, legere ex hominibus legali nora carentibus & optimis, Imperator civibus permiſit, nec Senator deſtitui poteſt niſi ob crimen, quo contingente ius civitatis ſimul perdit, niſi potius ex ſtupiditate quam malitia peccatum. (P. IIII. c. 23.) Is vero, cui negotia civitatis ac aerarium concredita, nihil ſibi proprio auſu arrogare permittitur, ſed de omnibus ad eos iubetur referre, qui ipſi hanc poteſtatem conceſſerunt. (P. IIII. c. 24.) Si communi conſilio aliquod aedificium decretum, negligens in cooperando executive adigitur. (P. II. c. 75.) Periculo ingruente, unusquiſque, qui hactenus in civitate habitavit, cogendus eſt, ut eam defendat, ac ſi eſſet eius res propria, quod non faciens corpus & bona perderet, niſi cauſſa civium ſit iniuſta. (P. IV. c. 20. 21.)

§. LXXXXI.

Civis recipiendus, nulla re nexus, captivitate ſolutus, & nullius ſupplicii reus aſſe debet, quo caſu antiquis civibus aequatur. (P. IIII. c. 21.) Si ſit omnis criminis exſors civitatis ius non eſt negandum. (P. IIII. c. 22.) Quod vero pacto ſponte promiſit, praeſtare eum oportet, antequam recipiatur. (P. IIII. c. 7.) Qui vero aliquem adigit, ut fideiuſſores conſtituat, promittatque, ſe ex ſervitio aut pago non migraturum, vitam & bona perdit, cum nemo ſervitute teneatur. Si etiam quis forte aliquid promiſiſſet, eo liberatur per

Impera-

Imperatorem, quam primum civitatem ingreditur. (P. IIII. c. 8.) Civem & caſtrenſem ciuitas aut caſtrum defendunt, ſi prius iure expertus ſit, ſuo iure autem, executione deficiente, potiri nequeat. Si contra civitas, re nondum diſcuſſa, amore civis ad vias facti procedat, omnino animadverſioni Imperatoris ſubiacet, qui ſaepe ideo caſtra dirui iuſſit. (P. IIII. c. 13.) Res autem civium duarum civitatum in litibus mutuis compromiſſo terminandae ſunt, (P. IIII. c 10. 12.) & ſi exteris ſtatuto aliquo gravamen inferatur, Imperator eſt adeundus. (P. IIII. c. 12.)

§. LXXXXII.

Caſtra, civitates & pagi Imperii inter ſe foedera contrahere poſſunt, quod Imperator permiſit; ita tamen ut ipſe id ratihabeat. Si vero ſine conſenſu Imperatoris quid actum, & diſcordia oriatur, res ad cognitionem Imperatoris deferenda eſt, nec ſocietas ſtatim ſolvitur. (P. IIII. c. 11.) Et in foedere compromiſſum de litibus futuris fieri ſolet. (P. IIII. c. 12.) Tenentur vero tum civitates ſibi invicem aſſiſtere, quousque requirens auxilium iuri ſtare parata ſit, ſi vero id neget, etiam foederata civitas, de auxilio implorata, ei adeſſe non adigitur. (P. IIII. c. 9.)

§. LXXXXIII.

Uti vero Imperator civitatibus pro tuenda pace utitur, ita idem accidit cum miniſterialibus Imperii, (§. LXXXIII.) unde & *res feudalis* conſideranda. Hic primo de origine & nobilitate miniſterialium diſſeritur, atque talem eam eſſe deciditur, atque ipſe Imperator habeat. (P. III. c. 1.) Miniſterialium Imperii ius eſt hereditarium, a quatuor avis productum, (*a*) & nulla inaequalis matrimonii labe notatum. (P. III. c. 2. 5.) Et talem ſe ferens, nec id probans, punitur, niſi in iuſto errore fuerit. (P. III. c. 2.) Probatio illa vero fit per tres Imperii miniſteriales condominos illius, ab omni macula immunes. (P. III. c. 3.) Eorum munus conſiſtit in pace publica tuenda & in iudicando. (P. III. c. 4.) ut & in teſtimonio reddendo coram Imperatore, cuius ſunt conſortes, (P. III. c. 5.) deinde dicitur duo tantum eſſe hominum genera, miniſteria-

les & cenſuales Imperatoris. (P. III. c. 6.) Miniſterialis vero Imperii conditio amittitur infidelitate, & quoad liberos impari matrimonio, qui inde cenſuales redduntur. (P. III. c. 7.)

(a) Vetus illud Jus, nec ulla probatio ulterior usque ad ſeculum XVI. iniens exacta. Hinc etiam Diplomata Nobilitatis ad quatuor avos nobilitatem antecedenter largiuntur. Et ab his cauſſa, ut plures requirerentur avi.

§. LXXXXIIII.

Ita autem ſtabilia ſunt bona miniſterialibus conceſſa, ut Imperator ideo ad evictionem teneatur, ac in filios eo etiam caſu tranſeant, ſi parens eorum feloniam commiſiſſet. Licet itidem inde filias dotare. Et ad ultimum ſi maſculorum nemo ſuperſit, etiam ad filias ſucceſſione deferuntur. (P. III. c. 8.) Requiruntur tamen a filiabus hoc modo ſuccedentibus nuptiae aequales, & ut filios progignant. (*Ibid.*) Vidualitium etiam in feudo poſſeſſor conſtituit, conſenſu agnatorum praevio, ac refutatione in manus Imperatoris, qui ſi conſentiat, Inveſtituram uxori tribuit. Et tum Vaſallus ac uxor feudum ſimul poſſident. (P. IIII. c. 33.) Utut vero fundum pignori ſupponere plane non ſit permiſſum, (P. III. c. 23.) vendere certe feudum licet Vaſallo neceſſitate preſſo, cum conſenſu condominorum, & his primo loco etiam ſine praeſcitu Domini, extraneo vero non aliter, niſi id largiente Imperatore. (P. III. c. 24. 26. 27. 28.) Feudo autem ab Imperio movente pro alodio vendito, Imperator ſemper habet ius vindicandi hunc fundum, modo hubariis illius loci probare poſſit, id fuiſſe feudum ſuum, & pro tali habitum; ſin minus, nihil efficit vel mille teſtibus. (P. II. c. 120.) Qui autem ſciens bona Imperii pro alodio vendit, amittit cum feudo etiam reliqua, heredibus rei ignaris addicenda. (P. III. c. 32.)

§. LXXXXV.

Inveſtitura feudi petenda eſt intra annum & diem (P. III. c. 30.) ſub poena feloniae. Ex pluribus filiis, ſenior nomine omnium recipit. Et hoc ſufficit. (P. III. c. 29.) Annus maioritatis hic duodecimus, ſed exſpectatur uſque ad annum XVIII. donec felonia declaretur. (P. III. c. 10.) Porro ſimiliter liberi defunctorum miniſterialium a duodecimo uſque ad deci-

decimum octavum annum repetunt bona sua, quod si negligant, & possidenti in iudicio litem haud moveant, amplius non audiuntur, nisi sint bona perpetuis vindiciis exposita. (P. III. c. 10.)

§. LXXXXVI.

Ministeriali mortuo succedunt uxor ac liberi in partes aequales. Ea vero, quae ad liberorum usumfructum pertinent, capit senior, reliquis fratribus alimentis tantum usque ad XII. annum concessis. (P. III. c. 9.) Heredes, si ad divisionem provocentur, partiri omnino tenentur, alias alter in bona renitentis immittitur, quae si anno integro possideat, ipsi plane cedunt. (P. III. c. 11.) Feudis ita divisis, altero dividentium sine liberis mortuo, eius portio ad Imperatorem devolvitur. Id quod tamen de divisione plena tantum accipiendum est, siquidem fructus partiri sine ullo incommodo licet, non autem proprietatem. (P. III. c. 12. 25.) Quousque vero coheredes aut condomini in communione manent, successio illis conservatur, & possunt etiam absque Imperatoris consensu, alter alteri partem suam proprietatis cedere. (P. III. c. 24.) Vendita autem parte in condominio possessa extraneo, venditor licet sanguine proximus, in successione quod ad illam partem excluditur ab emtore extraneo ut condomino, sine ullo ad bona regressu. (P. III. c. 31.)

§. LXXXXVII.

Ad iudicia feudalia quod attinet, illa celebrat Imperator, sed praesentibus Imperii ministerialibus, (P. III. c. 13. 20.) qui vocati ad iudicandum, sub poena caducitatis feudi comparere tenentur. (P. III. c. 20.) Uti vero nemo alius iudicare, ita etiam testimonium praebere in re feudali haud potest, nisi Vasallus (P. III. c. 16. 22.) & testes etiam cogi possunt. (P. III. c. 17.) Alias statim una adducendi in primo termino. (§. LVIII.) Dominus feudi aut eius vicarius in tali controversia ter oretenus citare debet tam actorem quam reum ad sex septimanas & tres dies, (P. III. c. 17. 19.) ita ut compleantur octodecim septimanae & tres dies, (P. I. c. 15.) in tribus terminis. Contumace vero actore, licet terminus utriusque

conſenſu circumducatur, Imperator amplius non iudicat, ſed haec contumacia in aeternum nocet. (P. III. c. 19.) Pari etiam modo reus contumax cauſſa cadit, etiamſi cauſſam optimam foveat. (P. III. c. 18.) Judex feudalis nomine Imperatoris ſemper hic eſt is, qui in illo loco praeſidet, ubi res ſita. P. III. c. 13. 19.)

§. LXXXXVIII.

Uti vero actori legitimae aetatis, quique nihil in requirendo feudo neglexerit, com parente iniudicio & feudum vindicante, quod Imperator cum duobus miniſterialibus ſcit ad eum pertinere, & reum iniuria in detentione eſſe, diſcuſſione iuridica res non eget; ita ſtatim etiam ex hac ſcientia cauſſa definiri poteſt ſine ulterioribus ambagibus, & res actori adiudicari. (P. III. c. 21.) Id quod etiam ſupra in aliis cauſſis pari modo definitum legimus. (§. LV.)

§. LXXXXVIIII.

Et ita quidem totius Juris Caeſarei contenta ſummatim enotavimus, quo uno quaſi conſpectu luſtrare liceat ea, quae illic tradita ſunt. Haec *commentarii* vicem eo uſque tenebunt, donec forte illuc animum appellere aliquando detur. Multum illic deprehendes Juris, quod non niſi antiquitati ſerviat, multum quod nova & adhuc vigentia, inprimis in re feudali ac miniſterialium illuſtret, aliquid etiam, quod in re curiali, & adverſus ſtolidas praeſumtiones generales a vicinia petitas aliasque decidat. Invenies origines iuramenti purgatorii, multa quae Romana credideras, Romana haud eſſe convinceris. Videbis tamen ſimul, aliquos Codices interpolatione laborare, inprimis vero *Codicem* V. qui in re miniſterialium ac feudali multa inficeta attexit, Latiores vero nos eſſe non ferunt negotia.

§. C.

Non poſſum tamen quin ſpeciminis cauſſa, ex Jure noſtro *Proceſſum Mandatorum* paucis illuſtrem, cum hunc quam maxime turbidum reddiderint Doctorum noſtrorum Gloſſae. Audiſti, maioribus noſtris fuiſſe duplicem modum

Pro-

Proceſſus decernendi. Per *iuſſum* in cauſis claris & liquidis, per *citationem* autem in caeteris (§. LV.) dubii quid habentibus. Romanis vero non alius praeter citationem cognitus. Vides hic ingentem differentiam. Inde Judex Imperii, in cauſis violatae Pacis publicae, ubi quis alterum vi propria turbaret, ſtatim praevio forte monitorio, ex officio etiam (*a*) ad executionem procedebat, (§. LIIII.) in cauſis claris ad vim propriam privatam pertinentibus autem, agebat id, quod alias in Pace Publica, vel ex officio erat acturus, & mandato ſuccurrebat, ſine ullo proceſſu. (§. LV.) In reliquis, ubi reus prius amice moneri debebat, ad ſatisfaciendum vel reſpondendum citabat, ſive mandabat cum clauſula, (§. LV.) Origo hic mandatorum noſtrorum ſine & cum Clauſula, quae non novit Roma, ſed penitus & in cute Germanica ſunt. Ne interdictum quidem a Praetore emiſſum, niſi utraque parte audita. (*b*) Et tamen ſatis inficete Interdictorum materia ad mandata tracta, ubi Imperator ſolis actoris demonſtrationibus confidit. Interdicta ad poſſeſſionem directa, & quis interea, procedente apud Judicem pedaneum lite, poſſidere deberet, definiebant. Mandata vero pertinebant ad omnes alias turbationes liquidas ac claras. Quin & citationes noſtrae, ſive Mandata cum clauſula, alio modo comparatae. Nec itidem dabantur, niſi actor iuraſſet, & cauſſa cognita. (§. LV.) Inde iterum annexum iis Mandatum, ſed clauſula aut conditione addita. Nulla ergo nobis, ante mutatam Proceſſus aliquatenus formam ſimplex Citatio, nec adeo unquam Mandatum cum Clauſula reſolvi poteſt in ſimplicem Citationem. Ride hic tot Doctorum antiquorum ſomnia, & agnovit iam B. de LUDOLFF (*c*) multique alii, ſine ratione, imo plane ſine mente, invectum eſſe illud dicterium, Mandata cum Clauſula, per comparitionem rei, reſolvi in ſimplicem Citationem. Sed de his olim in Tractatu peculiari *de Mandatis*, latius agemus. Interim nemo dubitabit, quin Mandata ſint Juris patrii, quin de regula non prohibita, ſed in pace tuenda & alias neceſſaria ſint, quin in hac Juris patrii materia interdicta inficete allegentur, quin etiam Mandata cum Clauſula non poſſint comparitione implorati reſolvi in

ſimplicem *citationem,* utpote quae magno malo noſtro, ex Jure Romano & Gloſſatoribus, ut tertia ſpecies ſuperinducta eſt, quo lites aeternae fierent.

(a) Hinc id quod in ORDIN. CAM. de procedendo ex officio & in omnibus aliis noſtris Legibus dicitur, quando de Pace conſervanda agatur.

(b) Dicuntur plane ideo interdicta, *quia inter duos dicuntur.* §. 1. *Inſtit.* de interdictis in fine. Juſta haec lectio, uti CHARONDAS, OTTO & ample MENAGIUS Amœn. c. 39. Et Interdictum eſt quaſi formatio ac praeparatio actionis & iudicii, ut ſciretur quis poſſidere, quis contendere aut probare deberet. L. 62. *Pand.* de iudiciis. Omnia hic ad interim dicebantur, id quod nos vocamus, *proviſorie.* ISIDORUS Originum V. 25. PAULI ſententiarum L. V. tit. 6. Sed hic latius CONRADI Parergor. L. IIII. art. 1. p. 441. Et quid planius? *Edicta* Praetoris edicebantur omnibus, interdicta autem *inter duos*, ſcilicet litigantes. Conf. L. I. §. ult. de aq. quot. & aeſtiva, & L. un. C. ſi de moment. poſſeſſ.

(c) Commentat. Syſtemat. p. 82. ſqq. 97. (edit. 1741. 4.) ubi ſimul multis differentiam Mandati cum Clauſula & Citationis deducit.

§. CI.

(6) *Qua cura quoque modo in hac editione proceſſerimus*, paucis adhuc exponemus. Et diximus paſſim aliqua. Dolendum hoc quidem, nobis antiquiores Codices haud obtigiſſe. (§. XXV.--XXXI.) Iis, quos habuimus, recte nos uſos nemo negabit. Sed emendatiorem Codicem, dum haec ſcribo, Virum ſummae eruditionis SCHEIDIUM Hanoveranum, orbi literato notiſſimum, ex Schlœpkeniana hereditate coëmiſſe audio, qui forte ad curas pertinebit poſteriores. Idem vero fere de Wichtiano Manuſcripto. Effecimus minimum, ut libro ex quinque Codicibus compoſito fruaris, id quod forte nullius autoris antiqui primo lumini contigit. Supererunt emendanda, ſupererunt tollenda aliqua. Id dicendum adhuc, in vertendo nos potius mentem Juris Caeſarei, quam verba ſecutos, religioſe tamen, & ne vel erratis Codicum vis fieret. Si quis verſionem, quam dicunt καλὰ πόδα deſideret, eam apud me non deprehendet.

§. CII.

Quae vero de pagis Imperii & curiarum Imperialium rebus produntur, ex iis emendari potuiſſent, quae VON STEINEN in demonſtrationibus curiarum adhuc in Comitatu Marcano vigentibus attulit. Vetera illic olim bona Imperii

ad

ad varios poſſeſſores devoluta ſunt. Cum autem huius Viri curis uſi ſimus, (§. XXXV. ſeq.) & noſtra inde illuſtrentur, nil
Num. VI. vetat, ſub Num. VI. ea hic annectere, quibus praecipue opus videbatur. Commentarii vero in curiarum & bonorum cenſualium Jura loco eo forent, quae idem autor praeterea attulit huc facientia. (*a*) Quae etiam *Part. II. Corp. Jur. Germ. V.* loco ex noſtra Bibliotheca acceſſit *Collectio Anecdotorum*, (uti illa quidem nobis ubique viſa ſunt,) id ipſum etiam aget, nec defuiſſent plura, ſi id quidem voluiſſemus. Praebuimus vero nos hic ideo largiores, quia de Juribus civitatum, pagorum ac curiarum Imperii, id nondum eſt dictum, quod ego quidem voluiſſem.

(*a*) Weſtphäl. Geſchichten P. I. poſt membrum 3. Anhang a pag. 1675. uſque ad pag. 1843. Coniungenda illi *Hermanni Adolphi* MEINDERS ſcripta de iudiciis centenariis & Jurisdictione colonaria, totam fere rem exhaurientia. Notiſſimos autem SCHILTERI & alios in re curiali labores non excitabo. Paſſim etiam iam adduxi alios *Viros Celeberrimos*, quorum curae huc pertinent.

§. CIII.

Gloſſarium etiam Juri Caeſareo acceſſit, ſed verborum tantum ignotorum & difficilioris intellectus. Non mea tulerunt negotia, ut illi invigilare poſſem. Sed debetur labor ut & illuſtramenta difficiliorum locorum libri I. & II. V. C. B. C. GRASHOFIO noſtro, Conſiliario intimo Schwarzburgico, & civitatis Mulhuſae in Tyrigetis Conſiliario, viro in hiſtoria & his literis inſigne nomen nacto. Confiſus ſum plane huius viri induſtriae, qui, ni mala Germaniam prementia obſtitiſſent, latius deducturus erat ea, quae tangere tantum, tot eum circumſtantibus turbis, integrum fuit. Interim vel ſic erit, quo utaris, & de quo gaudeas.

§. CIIII.

II. ORDO JUDICIARIUS JURIS PROVINCIALIS SIVE RICHTSTICH, LANDRECHT Germanice & Latine exhibetur a p. 125. uſque ad p. 198. Et erat quidem ille ante noſtras curas editus. Sed ſi quis noſtram editionem cum illis conferat, quae uſque huc in lucem emiſſae ſunt, inſignem certe deprehendet differentiam, fide Codicum noſtrorum Manuſcriptorum. Vindicari

is ſolet Friderico I., qui eum anno CIↃCLXXVIII. vel CIↃCLXXX. Mediolani confeciſſe dicitur, uti id praefatio aliorum Codicum, quae noſtris defuit, & a recentiori manu eſt, nobis perſuadere conatur. Et prima libri ſtamina eo aevo eſſe ducta, facile ego quidem conceſſerim. (§. VIII.) Sed eam qualis hodie nobis ſiſtitur ei eſſe ab initio datam, a me non impetrabitur. Potius *Hermannum* ab OSFELDE ei hanc, qua hodie ſe offert, formam dediſſe puto. Conſervavi alias celebris huius ſeculi XIIII. Jurisconſulti memoriam, (*a*) & non vana afferre poſſem huius aſſerti argumenta. Nec lectorem in hoc praefamine tenebo iis, quae alias ante me erudite dicta ſunt.

(*a*) Tract. de Evocationibus in Tomo II. *Zangeri* de Exceptionibus. p. 1480. ſqq.

§. CV.

Id tantum mearum erit partium, ut doceam, non ſolos Saxones, ſed Francos etiam ac Alemannos ante mutatam in peius Juris ac Proceſſus rationem hocce ordine iudiciario eſſe uſos, eumque ſaepiuſcule adhibuiſſe. Inveni certe eum modo Speculo Alemannico additum, modo Collectionibus aliis iuridicis, uti id etiam Supplementa recenſus Codicum ſtatim demonſtrabunt. Et cum ſtylus antiquorum iudiciorum per totam Germaniam non admodum differret, id vel ſic vero eſt ſimile. Recte inde etiam ſe procedere credidit B. HEINECCIUS, quando in P. II. Elementorum Juris Germanici, inde morem procedendi Germanorum olim conſuetum communem deducere eſt anniſus. Ego vero magno in his illuſtramento eum fore, minimum exiſtimo. Cuncta autem inde haurire licere, affirmare haud auſim, praeſertim cum Jus Caeſareum in iis, quae ad Ordinem iudiciorum ſpectant, itidem ſatis copioſum ſe ſiſtat, & aliae etiam obſtent rationes.

§. CVI.

Huius autem Juris partis curam in ſe ſuſcepit, is quem ſupra (§. CIII.) nominavi, Vir Conſultiſſimus, *Beniamin Chriſtoph* GRASHOFIUS, qui & variantes lectiones & verſionem

ſionem in latinam linguam adiecit. Quam rite is ſit verſatus, ipſa docet inſpectio, nec meis hic opus elogiis. Dixit ille de Codicibus, quibus ex mea Bibliotheca eſt uſus, ſed ſunt aliqua, quae hic addam. Codex I. quem ſe contuliſſe perhibet, eſt ille, quem ego ſupra recenſui, & *Eybenianum* ſeu Oſnabrugenſem dixi. (§. XXX.) Eſt 47. ſecundum Indicem praefixum Capitum, & capita ultima haec ſunt: 44. *van pynlicken clagen.* 45. *van vierderleye clagen.* 46. *van denſelven.* 47. *van avernachtige clage.* Et inde adduntur aliqua de adulterio & divortio, ex quibus tamen, utpote in Codice hic manco, nihil exſculpi potuit ſani. Putavit autem Conſult. Grashofius ſcripturam ordinis iudiciarii in hoc Codice eſſe ſeculi XIII., ſed ego eandem fere deprehendi, quae Speculi Saxonici ei praefixi, niſi illic forte in anno erratum dici queat, cum nemo antiquitatis peritus, ni id adſcriptum foret, hunc Codicem ad ſeculum XV. referre auſurus ſit.

§. CVII.

Codex II. eſt *Berleburgenſis*, haud dubie ſeculo XV. exaratus, alias nitide ſatis & eleganter. Eſt formae folii integri & ſatis ſpiſſus. Praefigitur hic ordini iudiciario Speculum Saxonicum Provinciale addita Gloſſa, & Jus feudale Saxonicum, ſine Gloſſa. Dono Illuſtriſſimi Comitis Witgenſteinenſis, qui Berleburgi habitat, Conſiliarii olim Imperialis Aulici ſplendidiſſimi, & mihi ab annis faventis, ad me pervenit, cuius & vicinae terrae olim hoc Jure utebantur. Oportet autem exemplar illud, e quo deſcriptus eſt, fuiſſe ex curatiſſimis, cum in hoc & antiquiſſimis haud cedat. Sunt vero mihi plura Speculi Saxonici Manuſcripta, quorum tamen nullum fere aeque terſum dici poſſet & emendatum.

Numerat ille LI. capita, & ubi *Ludoviciana* editio & reliquae desinunt, adhuc Ius criminum eiusque procedendi modum subiicit, in Pacis publicae tutela certe pretiosum anecdoton. Referebantur enim crimina quatuor maiora ad pacem publicam, quod ex dictis satis est planum. (§. LXXXVIII.) Et haec observatio multis magni erit olim usus. Differunt vero ab editis non nihil fragmenta Codicis I., ex quibus tamen, cum duo folia desint, nihil huc addere potui.

§. CVIII.

Manuscriptum III. capita sistit 49. quorum novissimum est illud, *my man orteil schilt in der Marke.* Quadraginta folia implet ordo iudiciarius Codicis huius, folia integra exhibentis. Fuit olim Generosissimi GÜNDERRODII, eruditis scriptis orbi satis cogniti, civis mei, cuius liberalitati eum debeo, Speculum Saxonicum & Provinciale & feudale Ordinem nostrum praecedit, ex quo alias feudalia Saxonica magis completa dedimus. Aetatem Codicis ego definire haud audeo, & *Grashofius* meus, cum quo ambulo, non nisi trepide id fecit. Profecto saepe dubios nos haerere, in definienda aetate Codicum, contingit, an aliquis Codex ad seculum XIIII. desinens, vel XV. principium referendus, quod ii norunt, qui mecum haec sacra tractant.

§. CVIIII.

Codex IIII. is ipse est, quem ego olim iam descripseram, *Darmstatinus*, seculi XV. (*a*) Habui vero postea etiam Codicem *Michelstadiensem* seculi XIIII. ad finem vergentis. Uterque grandiusculi folii forma. Et emendatior Michelstadiensis, quo cum Francofurto abirem repetito & remisso, postea potiri denuo non licuit. Descripsi inde partem II.

Ordinis

Ordinis iudiciarii, quae p. 119. ſqq. hic occurrit, & unde alias aliqua excitavi. (*b*) Scilicet Iuriſconſultus aliquis rei Germanicae amans, cum videret Jus Saxonicum & Alemannicum ſimul circa Rhenum ita in uſu haberi, ut alterum alteri, more Germanorum ſubſidium praeſtaret, 2400. capitibus, ordine alphabetico, & illa coniunxit, & conſuetudines paſſim addidit, ſubiuncto integro ordine iudiciario, & non nullis Conſtitutionibus Caeſareis, a Friderico I. inde uſque in Germanicum ſermonem, uti forte in patria publici iuris redditae, converſis. Uſi ſumus his ultimis ab eo praebitis, cum noviſſima Receſſuum Imperii editio & noſtras curas poſceret. Quas ergo illic legis verſiones antiquas, inde me accepiſſe TE non ignorare velim. Ampliore vero Codicum horum deſcriptione ſuperſedebo. Suffeciſſet certe nobis hic ignoti Viri labor, ni Supplementa ex Jure Romano etiam addere, Jurisconſulti ex Italia ſupervenientes ſatius duxiſſent. Id vero, quo Germaniae commodo factum ſit, alias plenius dixi. Revertor iam ad Codicem ſupra tactum, ubi quae ex illo acceſſit Pars II. pag. 199. ſeqq. decurrens, iam paucis tangenda eſt. Suo eam non uſquequaque lectori ſe probaturam. Siſtit enim opus Juris Conſulti Romanis imbuti, qui Saxonibus ſuis Romana, quae itidem nomine Juris Caeſarei inſignit, ut a Saxonicis non admodum differentia propinare ideo voluit, quo facilius illis aures commodarent. Sed cum & Germanica & mentio Juris noſtri Caeſarei illic occurrant, nolui vel haecce omittere. Imo ſi nulla alia fuiſſet cauſa, vel haec poterat ſufficere, quo eo ſpecimine doceremur, quibus artibus ac moliminibus Juris Conſulti tentaverint Germanis Jura ſua Romana, ut Saxonicis conſona, obtrudere. Attendat lector ad ſingula & inveniet, quam Autor, quisquis demum ille ſit, (*Eraſmum* PINZBERGER enim in calce notatum hoc Exemplum de-

ſcripſiſſe exiſtimo) cuncta in alium ſenſum detorquere fuerit anniſus, quo ſcopum ſibi propoſitum attingeret. Et tamen longe ab eo ſuo aévo abfuit. Verſio autem huius Partis II. latina, quam adiectam legis, Conſult. Lt. KNEUSELII Francofurtenſis, cuius & notae ſunt, laborem exhibet, qui *Grashofio* noſtro, quo pergeret impedito, ſucceſſit. Is ſi forte non omnia ſatis rite peragere potuit, Codici ipſi in ſe ſatis vitioſo, & feſtinationi nimiae, qua eum uti typorum progreſſus voluit, id erit tribuendum. Facilis adeo hinc excuſationis ſpes.

(*a*) Programmate de Jure Haſſorum privato, antiquo & hodierno. (Gieſſae, 1742. 4.)

(*b*) Praefat. *Corporis* Juris feud. §. 26. p. 29. ſq.

§. CX.

V. Codex manu exaratus erat ſeculi XVI. ineuntis, *Lunaeburgi* deſcriptus, & editioni *Ludovicianae* ac reliquis recentioribus fere ſimilis. Bibliothecae hic noſtrae adſcriptus, ac formae quam folii dicunt. Additur etiam illud in impreſſis ſubnexum caput, *Wie de Juden ſchweren, und ore eid ghan ſcholl.* Sequitur ordo iudiciarius feudalis & Chronicon Lunaeburgicum ad annum fere 1450. ab erectione terrarum in ducatum productum, variisque monimentis refertum. In calce legis D. *Antonii* MAGIRI aliaque Prognoſtica, ab anno 1551. uſque ad annum 1580. VI. vetus impreſſum Speculi Saxonici illud ex mea Bibliotheca fuit, cui, ex more tum ſolenni titulo deficiente, in fine ſubiectum eſt: *Hye endet ſich der Sachſenspiegel mit ordnung der rechten den der erwirdig in Got Vater und Herre Theodericus von Bockstorff Biſchoff zu Neunburg ſeliger gecorrigieret hat. Getrucket und vollendet von Hanſen Schoenſperger in der Keyſerlichen Stat Augspurg am Freitag vor Margarethe do man zalt nach Chriſti gepurt MCCCCLXXXII. Jare.* fol. (*a*) Datur vero illic tantum Specu-

Speculum Provinciale. Et mecum haud dubie miraberis, tot Speculi Saxonici & Ordinis iudiciarii editiones extra Saxoniam ſeculo XV. XVI. procuratas, indeque forte ſupplementi hinc in illis terris petiti argumentum ſimul capies, reliquis a priori quod aiunt deſumtis, ſuccenturiandum. Ipſa etiam Auſtria Saxonicis eo modo olim una cum Suevico Speculo uſa. Et eſt mihi ipſi Codex Speculi Saxonici in Auſtria uſus cauſſa ſeculo XV. deſcriptus, qui olim Illuſtriſſimae gentis Polhemiae, poſtea Nadasdiorum fuit. Nec eſt quod de his dicam amplius.

(*a*) Vide Perilluſtris GAERTNERI Vorbericht zum Sachſenſpiegel §. 11. n. 2. (Lipſiae, 1732. fol.) hucuſque omnium optimae editionis.

§. CXI.

Utilitatem etiam quandam praeſtare potuiſſet Codex meus *Colonienſis*, (§. XXVII.) qui capita XXXXIII. praebet, quoque fato aliquo uſi haud ſumus. Inſunt ei cuncta, quae uſque ad caput LI. hoc ſimul computato, a Grashofio noſtro referuntur, capitibus tantum alio modo ſectis, ita ut e. g. caput L. & LI. non niſi unicum ſimul conſtituant. Et Colonia ergo inde Juribus ſuis ſtatutariis ſuppetias tulit, ubi illa videlicet deficiebant. Atque ita certe res fuit comparata. Quinimo ex literis Viri ſummi, Ill. *Gerardi* MEERMAN Syndici Roterodamenſis didici, ob uſum Speculi Saxonici in Coloniae vicino etiam Belgio, curatam eſſe Speculi Saxonici verſionem in linguam patriam, cuius editio princeps Goudae typis Gerardi de Leeuw anno 1479. 4. lucem adſpexerit, quamque Vir ampliſſimus, ex Bibliotheca Jacobi Marci Amſtelodamenſis acceptam, Conſultiſſimo *Grupenio* utendam conceſſerat, inde reddítam, heredes divendiderunt. Memorat adhaec, ſe alicubi inveniſſe editionem Antwerpienſem Speculi ſeculo XVI. procuſam, de qua tamen certi nihil affirmare audeat. Sed de his aliisque nos amplius haud dubie inſtruet Vir eruditus Grupenius, quo in Saxonicis nemo ditior, nemo unquam magis aſſiduus ad haſce res acceſſit. Et haec de ordine iudiciario. Id tantum, ante-

quam eum miſſum faciam, dicendum eſt, figuram illam, quam in capite huius libri adhibere placuit Conſultiſſimo Editori, petitam eſſe a fronte ordinis iudiciarii noſtri Auſtriaci, quem tomi I. pars 2. exhibet, & ſeculi XV. eſt, quamvis ſculptor a ſimplicitate imaginum iſtius aevi arte ſua receſſerit. Hoc adieci, ne neſcires vel minima. Imo ſi Tua forte interſit, addo, eam eicona, quam Juri Caeſareo praefixam vides, Codici noſtro ſeculi XII. Germanico, vitam B. Mariae Virginis continenti deberi, Caeſaremque iudicantem dicti aevi ſiſtere.

§. CXII.

Et ita quidem res comparata erat in civilibus & criminum cauſſis, uti id in ordine iudiciario *Richtſtig* dicto proditum eſt, uſque ad illam Epocham, qua procedendi forma ex canonicis, Romanis patriiſque mixta, in omni Proceſſus genere invaluit, & ideo etiam forma haecce procedendi antiquioribus Speculi Saxonici editionibus ſemper acceſſit. Obſervavi autem, omiſſa illa, aliud quid ſubſtituiſſe *Chriſtophorum* ZOBELIUM in prima ſua Speculi editione anni 1535., & poſtea praecipue etiam *Bennonem* AB HEYNITZ. Is in ſuo typo Speculi Saxonici, Lipſiae, 1539. fol. confecto, (*a*) dedit in Appendice Lit. L. 3. n. 7. *vielbeverter Proceſs und Ordnung auf Leben, peinlich und bürgerlich Gericht, an ſtatt des Richtſteigs geſatzt.* Et poſtmodum bonus ille ordo iudiciarius plane oblivioni datus, cum ſuccederent plures Speculi editiones Zobelianae, ut & Proceſſus *Melchioris* KLINGII, *Chiliani* KOENIG, quem in Ms. auxit *Johannes* SCHNEIDEWINUS, & mille, ut ita dicam, alii in Saxonia, quae nobis iam antea varias Proceſſuum theorias parturiverat, & cottidie parturit. (*b*) Oportet autem in curiis Epiſcopalibus, de quibus etiam praefamen Editoris libri in margine notati *Sixti* PFEFFER de Werden loquitur, huius Proceſſus mixti uſum antea tantum fuiſſe, nec ad curias ſeculares penetraſſe, donec *Zobelius* & *Benno ab Heynitz* ſupradictus Speculi Saxonici antiquo habitui plane

vim

vim facerent, qui tamen in initiis adhuc ſubſtitere, ingens ſequioribus ſpicilegium relinquentes. Quis vero credat, tot Juriſconſultos aut ex Italia evocatos, aut indigenas Italiae innutritos, Juris patrii procedendi formam tolerare potuiſſe? Imo potius eam adeo depreſſerunt, ut nullibi magis ac in Saxonia eſſet ignota.

(*a*) De illa editione recte iudicat Perill. GAERTNERUS in praefat. Speculi Saxonici §. II. n. 11. ubi inprimis etiam cum illo ride exempla, quibus ſe uſum Heynitzius perhibet, ab Ottonis I. temporibus repetita. De Zobeliana prima autem *ideni* l. c. n. 10. ex quo etiam videbis, antea adhuc acceſſiſſe ſemper die *Richtſtiege*.

(*b*) Primus certe Proceſſus a Germanorum aliquo compoſitus latino ſermone prodiit in Saxonia ſub titulo: *Proceſſus Juris Clariſſimi Viri Domini Johannis de Aurbach, una cum lectura expoſitionibusque peritiſſimi Viri Domini Johannis de Eberhauſen Juris Pontificii Doctoris quondam huius inclite Juridice facultatis ordinarii digniſſimi Opera diligentiaque ac ſtudio non ſine exactiſſimo Conſilio doctorum correctus incipit feliciter*, fol. ſine loco & anno, Sed ut praefatio indicat, anno 1512. Lipſiae liber ſecundum aut tertium prodiit, me reliquorum neſcio.

§. CXIII.

III. ORDO IUDICIARIUS FEUDALIS ſive *Richtſtig, Lehenrecht*, ideo hic eſt additus, quia utrumque librum ſiſtere decreveramus. Editus ille ex ſupradicto Codice noſtro V. (§. CX.) ſed cum aliis collato, nec opus, ut de eo pluribus ſolliciti ſimus, cum in praefamine *Corporis* Juris feudalis iam ſatis dixerimus. Acceſſiſſe vero hic verſionem latinam, a Viro Conſult. KNEUSELIO I. V. L. recens confectam, praecipui quid efficit. IIII. *De Syllabo vocum obſcurarum & obſoletarum in Codicibus des Kayſerrechts & Richtſtigs occurrentium, cum ſuccincta earum expoſitione cura B. C.* GRASHOFII, *eiuſdemque ad loca quaedam obſcuriora in Part. I. & II. Juris Caeſarei Annotationibus*, dicere iam occupavi (§. CIII.) & de dicti Viri in re patria celeberrimi Notaminibus, quae nondum vidi, optima quaeque ſpero.

§. CXIIII.

INDICES REALES tum in Jus Caeſareum, tum in Ordinem utrumque civilem ac feudalem, debentur Viro Conſultiſſimo ſupradicto *Guſtavo Georgio* KOENIG DE KOENIGSTHAL, qui eos inſigni cura digeſſit, atque pro eo, quo in haec ſtudia fertur, amore, ut id ageret, reliquis ſuis gravioribus negotiis, has horas, quas impendit, quaſi ſuffuratus eſt. Is etiam cum ob dictam negotiorum catenam, reviſioni ſingulorum foliorum, quam ſibi reſervaverat, vacare non poſſet, hoc onus in V. C. KNEUSELIUM, J. V. L. & Advocatum Ordinarium ac Bibliothecarium Francofurtenſem transſcripſit. Et hic quidem, in quantum haecce ſacra id ferunt, adcuratiori in omnibus ſtuduit, ita tamen ut aliqua, ſeparatim forte indicanda remanerent. Fuit etiam ſupradicto Conſiliario Intimo KOENIGIO de *Koenigsthal*, in vertendis non nullis, quae ipſius nomini adſcripta ſunt adminiculo. Et uti hae partes ipſi unice ſunt concreditae, ita nec a mea nec a Conſultiſſimi *Koenigii* manu eſſe, omnino velim ne neſcias, quo cuique ſua relinquantur. Deprehendes aliqua monita in addendis, & in caeteris haec ſtudia amans ſibi facile conſulet. Ego autem cunctorum qui hic mecum occupati fuerunt, operam opemque hiſce praedico. Sed tandem Lector, diu nimis forte detentus, miſſionem accipiat, oportet, quem rerum patriae noſtrae memorem & ſalvere cupio. Dab. Viennae d. x. April. CIↃ IↃ CC LVIIII.

MAN-

MANTISSA DOCUMENTORUM.

Num. I.

Caroli IV. privilegium Fuldenſe quo dicit, ſe Legem ſive Keyſerrecht publici Juris reddidiſſe, illamque etiam Eccleſiae Fuldenſi prodeſſe debere. 1357.

(Invenitur in Schannat Corpore Traditionum Fuldensium, p. 333.)

Wir Karl von Gots Gnaden Romiſcher Keiſer zu allen Zeiten Merer des Reichs, und Kunig zu Beheim bekennen und tun kunt offenlich mit dieſem Briefe allen den die in ſehen oder boren leſen, wan wir vormals durch Gemeinen Nutz und Gemach, vnd ze vnderſten Schaden, Criege, vnd Vngemach, die dovon enſten mochten, allen vnſirn vnd des Reichs Getruwven Vndertanen mit Rat und Willen aller Kurfurſten des Heiligen Reichs in vnſerm offenen Keiſerlichen Hove vnd von vnſir Keiſerlichen Mechte Vollenkumenheit ein Geſetze vnd Keiſerrecht *von den Phalburgern geſprochen vnd gemachet haben daz von Worte zu Wort hernach in ſolchem Laut geſchrieben ſtet.*

Als wir mit merklicher Clage vnderweiſet ſein, ſo hat ein boſe Gewonheit lange Zeit geweret, daz etliche Burgere vnd ouch vndertanen der Furſten, der Herren, vnd ouch andere leute vndertenikeit ires angeborn Dienſtes fliehen wollen, vnd lazzen ſich dorumb in andern Stetten zu Burgern empfahen, vnd haben ſich in vergangener Zeit alſo ſelbſt oft empfahen lazzen zu Schaden iren Herren in der Lande, Stetten, merkten, und dorffern ſie ſitzen vnd wollen domit ſulcher Freyheit genizzen vnd ſich der frevven als die Stete haben dorinne ſie zu Burgern emphangen werden, vnd dieſelben ſeint in Deutſcher Zungen Pfalburger genennet dovon ſeint demmale daz niemant trugen noch geverde zu Helffe kumen ſol; ſo ſetzzen vnd wollen wir mit Keiſerlicher mechte vollenkumenheit vnd mit Geiſtlicher vnd Werltlicher Kurfurſten ſunderlichem Rate vnd mit dieſem ewigen Gebot daz alle ſulche Pfalburger die mit ſulchem geverde ſo betriegen ire Herſchaft ſich zu Burgern geben in ander Stete, ſulcher Recht vnd Freyheit als dieſelben Stete haben mit nichte genizzen ſullen; ez were dan daz ſie Leibhaftig vnd mit den Werken in dieſelben Stete furen vnd doſelben wonhefticlichen Haus hielden in der Warheit vnd nicht mit geverden, vnd ouch liden vnd vbertrugen alle Rechte, Beſwerunge vnd gaben derſelben Stete; Wer ouch wider dies vnſir geſezze empfangen wirdet oder empfangen iſt, daz ſol kein Craft haben, vnd in welchen Wirden, Weſen, oder Eren derſelbe ſey, ſo ſol er ſich mit nichte ſulcher Rechte oder Freyheit frewen oder geniezzen als dieſelben ſtat hat dorinne er alſo empfangen iſt, vnd waz hantveſten oder brief, Recht oder gewonheit dowider behalten weren, wie lange Zeit derſelben yemant in gewer geweſen ſey, die widerruffen wir mit Keiſerlicher Mechte Vollenkummenheit vnd als verre ſie wider unſer Keiſerliche geſezze ſeint, ſo verniechten wir ſie, vnd wollen daz ſie kein Kraft haben ſullen allewege, mit behelfmuzze ſulcher Recht, die alle dieſelben Herren zu ſulchen iren vnderthanen haben, vnd zu ihrem Leib, vnd zu irem Gute, vnd wer ſulche Leute in vergangener Zeit empfangen hat, oder noch empfehet in kunftigen Zeiten wider vnſir Keiſerlich Gebot, vnd dieſelben von der Zeit als in diz vnſer Keiſerlich Geſezze geoffenbaret wirdet, inwendig einem manden nicht lazzet, der ſol hundert mark Lotiges Goldes als oft zu rechter Pen vervallen ſin als oft dowider geſchiehet, vnd dieſelben Pen ſol halbe vnſir Keiſerlichen Camern, vnd daz

ander halb Teil den Herren von den ſulche Phalburger ſich ziegen, vnverzogelichen vervallen ſin.

Dovon haben wir angeſehen die ſteten vnd getruwen Dienſte vnd Ere die vns vnd dem Reiche der Erwirdig Heinrich *Apt zu Fulde, der Durchleuchtigen* Annen *Romiſcher Keyſerin vnd Kunigin zu Beheim, vnſer lieben Wirtinne Obriſter Canzler, vnſir Heimlicher Rate vnd Furſte oft vnverdrozzlich gethan vnd erboten hat, vnd teglichen tut mit ganzem Fleizze, vnd wollen von ſunderlichen vnſern gnaden daz ſulcher vnſir Keiſerlichen Rechten vnd Geſeze derſelbe vnſir Furſte, ſin nachkomen, vnd ir Stift zu Fulde gentzlichen gebruchen vnd geniezzen ſullen, vnd gebieten allen den obgenanten Furſten Geiſtlichen vnd Wertlichen, Grafen, Freyen, Herren, Rittern vnd Knechten, Steten, Gemeinſcheften vnd allen andern Luten wie die genant ſein ernſtlich vnd veſteclich by vnſern vnd des Reichs hulden, daz ſie des obgenannten Aptes vnſirs Furſtin, vnd ſeines Stiftes zu Fulde Man, Diener, Burger vnd Vnderſezzen, noch Leute, in keine ire Stete Merke, Burge, Veſten zu Phalburgern nicht einnemen noch empfaben ſullen oder turen in keine weis; vnd wer dowider frevelichen tete, der ſol in vnſer vnd des Reichs Vngenade, vnd zehen mark Lotiges Goldes vber die Pen die in den obgenenten Geſezzen begriffen iſt, vervallen ſein, vnd die ſulln halb in vnſir vnd des Reichs Camer, vnd das ander halb Theil dem obgenanten Apt vnd ſeinem Stifte genzlich vervallen mit vrkund diez Briefs verſiegelt mit vnſern Keiſerlichen Inſigel der geben iſt zu* Mezze *nach Criſtes Geburte* Drutzehenhundert Jare in dem ſiben vnd funfzigeſtem *Jar, an dem Obriſten Tage, vnſir|Reiche in dem eilften Jare vnd des Keiſertum in dem andern.*

Num. II.

(Von Coppenhagen durch Hr. Prof. Anker communicirt. 1758. M. Sept.)

Regiſter paa Keyſer Rettenn.

1. *Om Stefning at forkynde.*
1. *Om man haver ikke Bropæl.*
2. *Om Goeds at beskrive og Boedslod at forbryde.*
3. *Hvad Perſoner man maa tage til Fange.*
3. *Om Byens Tienere ſeer igiennem fingere med nogen.*
3. *Om Kirke og Kirkegaards Fribed.*
4. *Om Piinlige Forhöringe.*
4. *Om Dommerens forſigtighed i Piinlige Forhöringe.*
4. *Dommeren maa ingen tvinge til at bekiende noget.*
5. *Om de Perſoner, ſom ey maa piinlig forhöres.*
6. *Om Vidnersbyrd udi Dom og Rettergang.*
7. *Hvilke de Perſoner ere, ſom ey maa bære Vidnesbyrd.*
8. *Hvilke de Perſoner ere, ſom ey maa ſtraffes for deres forſeelse og Misgierninger.*

Index Juris Caeſarei.

1. De Citatione annuncianda.
1. Si nullum alicui ſit domicilium.
2. De proſcriptione & confiſcatione bonorum.
3. Quas perſonas captivas licet detinere.
3. Quod ſi indulgentes in aliquem ſint civitatum miniſtri.
3. De templo & immunitatibus coemeterii.
4. De quaeſtione ſ. Tortura.
4. De cautelis in quæſtione ab Judice adhibendis.
4. Ad confitendum Judici neminem cogere licet.
5. De Perſonis à quæſtione exemtis.
6. De teſtibus Judicialibus.
7. Qvinam teſtes ſint inhabiles.
8. De perſonis a poena delicti immunibus.

8. *Om Vaades Gierninger.*
8. *Om Egte-Qvinde legger ſig uviden-des hos en anden Egte-Mand.*
9. *Om man foragter Kongen eller Ri-gens Raad.*
9. *Om man giör Kongens fiender Hielp og Biſtand.*
9. *Om falske Myntere og Indſeglere.*
10. *Om nogen giör Bulder og Oplöb.*
10. *Om man förer Avindskiold imod Riget.*
10. *Om man ſætter ſig op imod Borge-meſter og Raad.*
11. *Om falske Mynteslag.*
11. *Om man forgylder Tin eller Meſſing.*
11. *Om man kiöbslaaer med falsk Mynt.*
12. *Om nogen haver forbrudt ſit Gods og Boedslod.*
12. *Huſtruen forlryder ey hendes Gods for Hosbundens Misgierninger.*
12. *Börn und gielde deres faders onde Gierning.*
13. *Om Manddrab.*
14. *Om Manddrab formedelſt Tungen.*
14. *Om falsk Vidnesbyrd.*
14. *Om man raader eller byder nogen at dræbe en anden.*
14. *Om umilde og gierige Dommere.*
15. *Om Manddrab formedelſt Eeder og Troldom.*
15. *Om frugtſommelige Qvindfolk faae Skode af en anden.*
15. *Om kone forgifver ſig ſelv med Eeder.*
15. *Om man ſelger ſuurt kiöd, eller raa-den Fisk, eller fordervet Viin, eller andet ſaadant.*
16. *Om man löber ad den anden med vredHue, böder eller treffer hammem.*
16. *Om Kroglove eller gierige Dommere.*
16. *Om Huus-Fred og Gaard-Fred.*
17. *Om man tager fra anden enten hem-melig, eller ogſaa vældelig med Vaaben.*
17. *Tyr maa man dræbe med ferske Gier-ninger.*
17. *Gieldere ſom ikke vil betale, maa man dræbe.*
18. *En Mand maa forſvare ſig ſelf, des-ligeſt andre ſine gode Venners Ære og Velfærd.*
18. *Borgere maa giöre hverandre Biſtand og Hielp.*

8. De delictis caſualibus & culpoſis.
8. Si uxor inſcia delicti cum marito alieno concumbit.
9. Si quis Regem contemnit aut Senatores Regni.
9. Si quis opem ferat hoſtibus Regis.
9. De falſis monetariis.
10. Si quis tumultum excitet aut ſeditionem.
10. Si quis bellum inferat regno.
10. Si quis contumax fuerit in Conſulem & Senatores.
11. De Fabricatione falſæ monetæ.
11. Si quis ſtannum inauraverit aut orichalcum.
11. Si emtor falſam erogaverit pecuniam.
12. Si quis propter delictum puniendus amiſſione bonorum.
12. Uxor propter delictum mariti in bonis puniri non debet.
12. Liberi luunt delictum patris.
13. De homicidio.
14. De homicidio linguæ.
14. De falſo teſtimonio.
14. Si quis ſvadeat aut jubeat homicidium.
14. De immitibus & avaris Judicibus.
15. Si quis veneno aut artibus magicis interficiat alterum.
15. Si damnum infertur mulieri gravidæ.
15. Si foemina veneno interficiat ſeipſam.
15. Si quis vendiderit carnem aut piſces putridos aut vinum depravatum, aut id genus alia.
16. Si quis irato animo invadit aut minatur alios.
16. De calumniis Legum & avaris Judicibus.
16. De pace domeſtica.
17. Si quis clanculum aut vi adhibita aliquod furripiat alteri.
17. Furem in furto deprehenſum occidere licet.
17. Moroſum debitorem licet interficere.
18. Propriam æque ac amicorum ſalutem & honorem violenter defendere licet.
18. Civibus licitum eſt ſibi mutuo opem ferre.

18. *Svenden er pligtig at giöre ſin Herre Hielp.*
18. *Fader maa hielpe og forbede ſin Sön.*
18. *Om en Svend vil voldtage ſin Hosbunds Daatter.*
18. *Bonden maa ey dræbe ſin ægte Hustrue for Hoer.*
18. *Bondens Huſtrue maa dræbe Hoer-Kone.*
18. *Om Slegfred Qvinder.*
18. *Om Feſte-Möe lader ſig lokke.*
18. *Fader er pligtig at giöre ſin Sön Hielp, og Sönnen at giöre faderen Hielp igien.*
18. *Hosbunden er pligtig at hielpe ſin Svend.*
19. *Om Stiemænd, Rövere og Mordere.*
19. *Om frugt ſommelige Qvindfolck leder efter Raad at forekomme hendes Livs-Frugt.*
20. *Om Sön vil dræbe og omkomme ſin Fader.*
20. *Om galne Folk dræbe deres egne Slægt og Venner.*
21. *Om Hoer-Sag.*
21. *Kone taber og forgiör hendes Morgengave.*
21. *Bonde maa ey ſigte ſin Huſtrue for Hoer.*
21. *Hoer-Karle nyder ingen Sted-Fred.*
21. *Om lærde Mænd bedrive Hoer.*
21. *Om Bonde ſeer igiennem Fingre med ſin Huſtrue.*
22. *Om Voldtægt og Jomfrue Krænkere.*
22. *Værge om han beligger den Möe, ſom han er Værge for.*
23. *Om Blodskam eller Kietterie.*
23. *Om man beligger ſin Stif-Daatter.*
23. *Om Kone eller Stifmoder nogen beligger.*
24. *Om Voldtægt eller Ran.*
24. *Hvad Ran er.*
24. *Om man voldtager andens Boelskab.*
24. *Om man voldtager Ægte Qvinde, ſom tilforn haver været en almindelig Skiöge.*
24. *Om man voldtager ſin Feſte-Möe.*
25. *Om Ran.*
26. *Om Mordbrand.*
27. *Om Ildebrand.*
28. *Om Kongernes Beskiermelſe Brev.*

18. Servus tenetur auxilium præſtare Domino.
18. Patri licitum eſt filium tueri eique ſubvenire.
18. Quod ſi ſervus filiæ Domini violentum inferat ſtuprum.
18. Marito non licet uxorem adulterii cauſa interficere.
18. Uxori adulteram occidere licet.
18. De concubinis.
18. Si ſponſa ſe ſtuprari patiatur.
18. Pater filio & filius patri opem ferre debet.
18. Dominus ſervo auxilio eſſe debet.
19. De graſſatoribus, latronibus & homicidis doloſis.
19. Si fœmina gravida partum a bigere tentat.
20. Si filius patrem interficiat.
20. Si furioſus proprium occidat cognatum.
21. De adulterio.
21. Uxor adultera punitur amiſſione morgengabæ.
21. Marito non licet uxorem adulterii incuſare.
21. Adultero denegatur pax publica.
21. Si Clericus committit adulterium.
21. Quodſi maritus uxori indulgeat crimen adulterii.
22. De ſtupro violento & ſtupratoribus.
22. Si tutor concumbit cum pupilla.
23. De inceſtu & hæreſi.
23. De inceſtu cum privigna.
23. De inceſtu cum noverca.
24. De raptu.
24. Ran quid.
24. De violenta ſtupratione concubinæ alterius.
24. De adulterio violento cum uxore alterius, quæ ſcortum fuit aliquando.
24. De violenta ſtupratione ſponſæ propriæ.
25. De rapina bonorum.
26. De incendio doloſo facto animo occidendi.
27. De incendio.
28. De protectorio Regio.

28. *Om man tager Hænd af nogen.*
29. *Om man röver fra Kongers eller andre Hæderlige Mænds Graver eller Ligſteen.*
30. *Om Tyverie.*
30. *At Tyverie er trende Slags.*
30. *Qvinde om hun ſtiæl.*
30. *Om man forlokkeren Ægte Mands-Huſtrue.*
30. *Om man skiær af Daler eller ander Mynt.*
30. *Quinde om hun ſtiæl fra ſin Hosbunde.*
31. *Om Kirke Ran.*
31. *Kirke-Ran er tvende slags.*
32. *Om man ſtiæl en andens Arve-Gods.*
32. *Om Med-Arvinge dölge Arve-Gods forbinanden.*
32. *Om man ſtiæl udi Ildebrand.*
32. *Om man ſtiæl fra Skibbroden Mand.*
33. *Om man dölger med Tyre.*
33. *Om Tyr ſöger ind til ſine Venner.*
33. *Om Randſagen.*
33. *Om man kiöber med Tyre.*
34. *Om fundet.*
34. *Fundet bör man at op lyſe.*
34. *Om man ikke veed, hvo ſom fundet miſte.*
35. *Om Falskhed formedelſt Skrivelſe.*
36. *Om falsk allene Maal og Vægt.*
37. *Om man flytter Markeskiæl.*
38. *Om forprang i Kiöb og Sal.*
39. *Om Afhug.*
40. *Om Fæe giör nogen Mand Skade.*
41. *Om nogen ligger hos Fæe.*
42. *Om nogen tager ſig tvende Huſtruer til Ægte.*

28. De pacto ſecuritatis.
29. Si quis ſepulcrum aut lapidem ſepulcralem Regis vel viri alicujus honorati ſpoliet.
30. De furto.
30. Furtum duplicis eſt generis.
30. Foemina ſi furatur.
30. Si quis ſeducit uxorem alterius.
30. Si quis mutilat Imperiales aut aliam quamcunque monetam.
30. Si uxor furto aliquid aufert marito.
31. De ſpoliatione templi.
31. Spoliatio templi duplex eſt.
32. Si quis furatur bona hæreditaria alterius.
32. Si cohæredes celant ſibi invicem rem hæreditariam.
32. Si quis furatur tempore incendii.
32. Si quis homini naufragium paſſo furando quid adimat.
33. De celatoribus furti.
33. Si fur ad cognatos ſe recipiat.
33. De inquiſitione rei furtivæ.
33. Si quis rem furtivam à fure ſibi acquiſiverit.
34. De rebus inventis.
34. Res inventæ publicari debent.
34. Quodſi ignoretur Dominus rei inventæ.
35. De falſo in ſcriptis commiſſo.
36. De falſa menſura & pondere.
37. Si quis moverit terminos agrorum.
38. De propolio.
39. De amputatione membri.
40. Si beſtia aliena damnum alicui inferat.
41. De Sodomia.
42. Si quis binas ſimul uxores in matrimonium ducat.

Num. III.

Excerptum ex Matthiae van Wicht Cod. Ostfrisici praefat. Membro 2.

§. 22.

begynnet alſo alles weltlich gericht hat begynne an kure, *Auch wiſſe das recht iſt dreyerlay auff kumen das iſt von naturen von gewonhait vnd von pette, Naturlich recht iſt zwayerlay, Es iſt von nature als es echt, Das ander hayſſet auch naturlich durch das das es die nature beweyſet allen leuten vnd allen lamden das enhayſt kain vinder als einer dem ſein frindt icht zu behalten gibt oder porget Das iſt naturlich recht Das er es Jm wider gebe oder gelte wurde der man erſlagen, So kumen das alſo dye aygenſchaft abe vnd aller Ding clage da abgeuiele, Die iſt da vnderſchaiden das hayſſet naturlich recht wan got iſt Dye natur der naturet alle recht das es ja einem yeglichen beſtetiget iſt vnd pleybet vnuerwandelt, Das ander naturlich recht hayſet darumb alſo das iſt genant von naturlichen leuten das iſt von guten leuten wan dye naturende natur iſt, Wann er alle ding naturet in gute,* Darumb doch ſach gott alle ſein geſchöfunge dye waren alle gut *wer dan ubel thutt der enthut nicht wider dye natur jn der weyſe; das es vnmuglichen ſein natur muge geſein, Jſt es wider die natur dye got gut genaturet hat, Wan dan elich leute lebten nach dem rechten das dye nature lerett vnd prechte das jn ein gewonhait dye gewonhait wurde Jm ein recht, Dyß iſt dye ander ſach da recht von kumpt vnd kumen iſt als hye vor geſchriben iſt das ein yeglicher volge dem naturlichen rechten vnd richt ſich nit vnd hoffe nit zwayerlay gewonhait der güter vnd der anhebenden von naturen, Dye ander gewonhait dye was der böſen vnd was wider dye naturen wan ein gewonhait durch diſer gewonhait willen ward noch das drit ſtuck das rechte das kam das waren dye kayſer ſetzung dy kam zu hilff den guten vnd Jr gewonhait, Diſe ſetzung ſind kumen von kure der herren, Alſo das der kayſer vnder zwayen gewonhaiten das beſte koß vnd ſatzte die fur ein recht, Als jn dem XI capitel vſus, Zu dem andrn mal kam es dauon Das das volk recht koß vnd pat*

Lat.

vitque illas, quæ ipſi inutiles videbantur, *adjiciens etiam & detrahens, imo & mutans verba earum, ubi hoc rei commoditas exigeret.* * Etiam loquar de eo, quod dicit jus *Artic. LV. Libri Imi* qui incipit ſequentem in modum: *Omne jus ſeculare ab arbitrio & electione initium traxit:* Scias itaque jus triplicem habere originem, nempe naturam, conſuetudinem, & leges. Jus naturale duplicis eſt generis. Prius eſt matrimonium, poſterius etiam, & ideo, dicitur naturale, quoniam natura id omnes homines, & omnibus in terris, docuit, nullumque habuit inventorem. Sicuti, ſi quis apud amicum ſuum aliquid deponat, vel ei mutuo det, jus naturæ poſtulat, ut hoc ipſi vel reſtituatur, vel ſolvatur, uti etiam, ſi quis me verberare velit, *jus naturale vult, ut me defendam.* a) Hinc oritur dominium, omneque quod tractatur in judiciis. Jus naturale etiam amplius differt. Unum enim idem eſt ac jus divinum. Deus enim eſt natura, qui jus in homine, ſicuti alias res, creat. Hoc confirmatum eſt ab æterno, manetque immutabile. Alterum vero ideo dicitur naturale, quia id inventum eſt ab hominibus natura, id eſt ratione, præditis. Natura enim naturans naturam omnium rerum creavit bonam, hinc illud: *Animadvertit Deus omnia, quæcunque fecerat eſſe admodum bona.* Qui itaque mala perpetrat, agit quidem contra naturam, ſed non tamen ita, ut impoſſibile ei ſit, perpetrare bona, ſecundum naturam, ſed potius ita, ut hoc ſit contra naturam, quam Deus bonam, & ad bonum perpetrandum tantummodo aptam, creavit. Cum itaque quidam homines ab initio ſecundum jus, quod eos natura docuit, viverent, hoc in conſuetudinem abiit, ex quo, cum uſus hoc approbaret, jus enatum eſt. Hæc conſuetudo itaque ſecunda juris cauſa eſt. Quoniam vero modo diximus quosdam ſequutos eſſe jus naturale, quosdam vero non, hinc etiam duplex conſuetudo eſt ſuborta. Una earum erat ſecundum jus, & hinc bona, altera vero contra, hincque prava, & hinc etiam potius perverſitas, quam conſuetudo, erit nominan-

* Sunt verba Prooëmii Codicis, quibus & hic utimur.

a) Reſtituimus & hic, & in ſubſequentibus hujus capitis, quædam, quoniam ſenſus alias plane deeſſet.

Germ.

pat das volk den kayſer das er es ſatzte zu dem driten mal geſchach es das das kayſer recht ſatzten ſy jn der gewonhait vnd ſundrn bete, Sunder erkoren ſy das da nutz was wenn der Babſt vnd des kayſer redlich wille machen ein redlich recht.

Als du frageſt vvie dye ſachſen zu land kumen vnd vvo von ſy ſachſen hayſſen das XXII capitel.

* Minime Turcken, ſed Thüringer, uti etiam in textu, nempe Artic. XLIV. libri IIIti, & verſione latina, quam vide.
** Non VIII. ſed XVIII. uti in textu, & verſione latina.
† Rügen, uti in textu & verſione latina.
†† XXIV. loco XXII. erit ponendum, uti etiam in textu, & verſione latina.
* Iterum durckiſchen loco Thüringiſchen vid. not. prima.

Jtem als du frageſt wye dye ſachſen zu lannd komen vnd von wannen ſy ſachſen hayſen, Da vnſer vordren zu land kumen vnd dye turcken * vertriben allexander mit Jr hilff hette er bezwungen alſo Aſyam Da Allexander ſtarb da dorften ſy nit jn dem lannd pleyben durch des lanndes haſs vnd ſchyften mit dreyhundert kulen dye verdurben alle auff XLIIII die kamen VIIII ** zu Breuſen vnd Beſaſſen das land zwolff beſatzen † XXIII †† kamen her zu land da ir alſo uil nit en was das ſy den aker nit mochten gepawen da ſy dye durckiſchen * Herrn erſlugen vnd vertriben da lieſſen ſy die gebawren ſitzen vnerſlagen vnd beſtedigten jn den aker zu alſo getanen rechten als in noch dy laſſen haben, Darumb kainen ſich verworchten an Jrem rechten kamen dye tagwurck

Lat.

minanda. Duarum harum invicem contra ſeſe pugnantium conſuetudinum cauſa opus erat tertio jure, nempe conſtitutionum Imperatoriarum, quæ adjumento erant probis, eorumque conſuetudinibus, ipſisque auxilium in impediendo & exſtirpando improborum hominum genere, & eorum malarum conſuetudinum, præſtiterunt. Hæ conſtitutiones ab arbitrio Imperantium originem ſuam ſumebant, ita ut Imperatores ex duabus conſuetudinibus meliorem eligerent, & eam tanquam jus ordinarent, uti reperitur Cap. XI. uſus Secundo populus ſibi ipſi legem eligebat, confirmationemque ejus ab Imperatoribus petebat. Tertio denique etiam Imperatores leges pro lubitu, & absque itaque prævia conſuetudine, vel imploratione populi, condebant, prout nempe hæ leges ipſis neceſſariæ & utiles videbantur. Quod enim Papa & Imperator ex voluntate ſincera diſponit, legis perpetuæ habet vigorem,

Cap. XXII.

Agit de quæſtione, quomodo Saxones has in terras venerint, & nomen eorum ſit obortum?

Jtem: Cum quæreres quomodo Saxones has in regiones venerint, & unde nomen eorum originem ſuam ſumſerit. *Cum ad provinciam iſtam noſtri vexerunt prædeceſſores, Thuringos exinde fugaverunt. Mortuo enim Alexandro, quem, ut Aſiam imperio ſubjugaverat, juverunt, in regione Aſiatica poſt ipſius obitum, propter ſubjugatorum odium morari non audebant, in trecentis galeis ſe receperunt, quæ omnes fluctibus maris tumeſcentibus, exceptis quinquaginta quatuor, interierunt. Quarum decem & octo littora Pruſſiæ petierunt, & illam obtinuerunt. Duodecim item Galeæ Rugianorum terram occupaverunt. Viginti & quatuor autem in iſtam ſe terram receperunt. Et cum in numero eſſent pauci, ita quod agros culturæ tradere commode non poſſent, fugatis & interfectis dominis Thuringorum, reliquam gentem, ut operaretur terra, vivere permiſerunt*

Germ.

alſo vnſer lantrecht ſaget Jn dem XLIIII *capitel des dritten puchs, Auch ſag ich das jn der Cronica ſtett Das der künig Nabuchodonoſor hette entſagt Olofernem vnd der begunde ſcheinen vber all dye welt, Da widerſtunden dye von ſyrien vnd dye von metamein vnd dye von ſyrien ſeball diſe enthaubte alle an den von cilicien engaben vnd da Judicht den Hertzogen Holofernus erſchlug da wurden die bezwungen all dye andren land Da ward das Heire witzloß vnd vnder wand ſich Jr ein Herre von cilicien der hyeß petroculus der bawet ein ſtainen thurn vnd der ward gewaltig vnd fur den kam der kung von Babilonia dye furbas von Jn kamen dye wurden genant petroculi das hyeſen ſant kyſlinge Da das reich zu Babilonia vergieng da pliben dye vnbezwungen manich tag, dar nach tatten ſy ſich zu allexandro dem kung von macedoni vnd hulffen Jm ſtreyten wider darium, Darnach bezwang er mit Jr hilff alle Aſyam wan ſy waren bey aſſiam geſeſſen zu cilicia. Da der kung alexander ſtarb da pflichten ſy dye von der obern cilicien auff dye petrocolen vnd ſtritten mit jn drey ſtreytt vnd gewunnen dye ſtat metroris vnd erſlugen dye ſegeler vnd name wye uil gutes ſy wolten vnd ſchiften von dannen mit drw hundert kyelen vnd verdurben all auff* XLIIII *das kam da uon zu das ſy in dem wiltnuſſe auff dem waſſer nicht enkunden, Dyſe ſind verwandelt zu den hayden zu pruſſen vnd zu denen ſind kumen Dye ſturmer vnd dye haydelere vnd dye dyetmerſe vnd XXIV. kyele kumen her zu lande dye hyeſen noch ſtainen wan petroculj hayſſent kyſslinge davon hayſen wir noch ſaxones das hayſſen auch kyſling Dye Norteringe das enhayſſen nicht türinge dye da burting ſind auß der landgraffſchaft zu turingen wan das ſind ſachſen das waren*

Lat.

miſerunt, talia imponentes eis jura, quemadmodum adhuc conſiſtunt in conditionibus latinorum. Et ex his, qui juri derogabant ſuo, Deditiorum conditioni ſubjiciebantur, uti dicit jus noſtrum provinciale *Artic. XLIV. Libri IIItii.* a) Etiam dico, ſcriptum eſſe in Chronica: Cum Rex Nabuchodonoſor vicerat Arphaxadum, & hinc incipiebat imperare univerſo, inde ei reſiſtebant Syri, & Meſopotami, una cum Rege Syrorum Zorobabele. Hi omnes ſe conjungebant cum illis è Cilicia, qui, cum etiam poſtea ſe dederant Nabuchodonoſori, omnes reliqui etiam fuerunt victi. Cum itaque Dux Holofernes interfectus eſſet ab Juditha, hincque totus ejus exercitus ſine Duce, & metu repletus, imperium ejus capeſſebat Ciliciorum Dux Petroclus, hoc eſt turris petrea, dictus. b) Hic reſiſtebat inimicis, indeque factus eſt potens, adeo, ut etiam vinceret Regem Babyloniæ, omnesque qui à parte erant ejus, poſterique ejus dicebantur Petroculi, hoc eſt ſilex (petræ parvæ) Everſo regno Babyloniæ, per longum tempus hi manſerunt indomiti. Poſtea ſe ſociaverunt cum Alexandro, Rege Macedoniæ, ipſique in bello contra Darium, Regem Perſiæ, opem tulerunt, qui deinde hac eorum ope totam domuit Aſiam. Erant enim ex Cilicia prope Aſiam. Mortuo vero poſtea Rege Alexandro fœdus inibant illi ex Aſia cum iis ex ſuperiori Cilicia adverſus Petroclos, triaque prælia cum iis committebant, occupabantque eorum terras, uti & urbem Megarim per vim & impetum, interficiebant omnes nautas ibidem repertos, auferebantque omne, quod invenerant in urbe, quam poſtea comburebant. Naves vero eorum, numero trecentæ, omnes poſtea periere in mari, exceptis XLIV. quod inde eveniebat, quia navigationis erat minus periti. De his XLIV. navibus ſervatis

venden quædam

a) Licet in multis differat textus noſter germanicus à textu german. hujus Artic. XLIV. & hinc etiam textus latinus ab hoc noſtro german. tamen textum hunc latinum, ut ſenſus reſtituatur, integrum retinuimus.

b) In textu german. quidem: der bawet ein ſteinen thurn. Sed cum hoc nobis à re abſonum videatur, hanc interpretationem, è nomine ipſo orientem, elegimus. Cæterum benevolus Lector etiam animadvertet quam multa jam amplius, ut ſenſus verborum ſit, reſtituimus & addidimus, & addere etiam usque ad finem Cap. neceſſe fuerit.

Germ.

venden vnd hayſſen dye ſachſen noch turingen, Alſo uil diß das geſprochen als notturlinge alſo hayſſen ſy dye ſachſen durch das ſy torrecht waren zu ſtreyten, Auch ſo frageſtu wye dye land der ſachſen funden ſind das wurde zu lang zu ſagen.

Lat.

quædam venerunt ad Boruſſos, qui tunc temporis adhuc gentiles erant, & quædam in Rugiam, de quibus Stormarenſes, Hedelerenſes & Ditmarſenſes originem ſuam traxerunt, & XXIV. has in noſtras terras venerunt, nominanturque adhuc hodie Saxa. Petroculus enim, a quo deſcendimus, compoſitum eſt a græco Petra, quod ſignificat Saxum. Et hinc adhuc nominamur Saxones. Pugnando enim fuimus ſimiles ſaxis. Scias vero etiam, cum ſupra nominarentur Norteringi, per eos non intelligi Thuringos, e Landgraviatu Thuringiæ ortos, qui etiam fuerunt Saxones, ſicuti vero illi Vandali, quos Saxones ideo Notturlingos, ſive Nortturlingos, appellarunt, quia quaſi *thörigt* (furioſi) nempe in acie, & ad aciem, erant. Porro etiam quæris, quomodo Saxones has terras invenerint, quod vero & hic enarrare, nimis foret prolixum.

Als du frageſt vvas das bedeut ſo der kayſer ſitzt jn ſeiner mayeſtat das XXIII capitel.

Cap. XXIII.

Cum quæreres, quid hoc ſignificet, ſi Imperator ſedeat in majeſtate ſua?

Jtem als du frageſt was das bedeute wan der kayſer ſitzt in ſeiner majeſtat das iſt wann er auf ſeinem ſtul gezieret ſitzett mit ſeinem kleynede vnd welen uil gayſtlicher furſten vnd weltliche Jch ſpreche der kayſer lichet allen gayſtlichen furſten Jr lehen mit dem zepter vnd weltlichen mit dem vanen *als jn dem* XL * cap. des dritten puchs *vnd meint das lehen da er ſy zu furſten mit machet, Das wiſſe das payde furſten yr manſchaftglich bayde empfahen mit gevolten hende vnd mit gepeygtem knye das betutet dy huldung ſo gibt der kayſer dem furſten einen namen da mit leyhet er Jm dann furſten thun, So leihet er den gayſtlichen furſten Jr lehen mit eym zepter. Nun vernym alſo du frageſt was des kunges gezierde bedeutet wan er gezierd iſt mit funferlay claynot zu dem erſten hat er ein puch das hat vyer lilien vnd bezaichet das der kung vnd fridſam ſol ſein vnd ſol ſenftmutig ſein gen den leuten*

* Eſt artic. LX. hujus libri IIIti.

Item als du frageſt was das bedeute wan der kayſer ſitzt in ſeiner majeſtat das iſt wann er auf ſeinem ſtul gezieret ſitzett mit ſeinem kleynede vnd welen uil gayſtlicher furſten vnd weltliche Jch ſpreche der kayſer lichet allen gayſtlichen furſten Jr lehen mit dem zepter vnd weltlichen mit dem vanen *als jn dem* XL * cap. des dritten puchs *vnd meint das lehen da er ſy zu furſten mit machet, Das wiſſe das payde furſten yr manſchaftglich bayde empfahen mit gevolten hende vnd mit gepeygtem knye das betutet dy huldung ſo gibt der kayſer dem furſten einen namen da mit leyhet er Jm dann furſten thun, So leihet er den gayſtlichen furſten Jr lehen mit eym zepter. Nun vernym alſo du frageſt was des kunges gezierde bedeutet wan er gezierd iſt mit funferlay claynot zu dem erſten hat er ein puch das hat vyer lilien vnd bezaichet das der kung vnd fridſam ſol ſein vnd ſol ſenftmutig ſein gen den leuten*

Jtem cum quæreres, quid hoc ſibi velit, ſi Imperator ſedeat in majeſtate ſua, hoc eſt, ſi ſedeat in ſolio ſuo, indutus cimeliis ſuis, inveſtiens multos Principes ſeculares & Eccleſiaſticos. Reſpondeo: *Imperator confert cum ſceptro ſpiritualibus, & cum vexillis ſecularibus feuda omnia illuſtriæ dignitatis,* uti reperitur *Art. LX. Libri III.* intelligitque ibidem feuda, per quæ fiunt Principes Imperii. Scias vero, Principes tam eccleſiaſticos, quam ſeculares feuda ſua petere ab Imperio uno eodemque modo, nempe complicatis manibus, & flexis genibus, uti hoc etiam docet inveſtitura, & tunc Imperator Principibus ſecularibus porrigit vexillum, per quod innuere vult, eos ſequutos eſſe vexilla Imperii, & inde promeritos fuiſſe hos principatus. Principes vero Eccleſiaſticos inveſtit per ſceptra. Jam etiam ſcias ad interrogationem, quid ſibi velint cimelia Imperatoris, & cur exornatus ſit cum cimeliis quintuplicis

Germ.

leuten vnd zu zoren als dye lilien iſt ſunder toren alſo iſt dye lieb das iſt das ſy jm lieb wider werden ſol ſein jn als ſeiner ſele, So hebt man Jm dye kron, mit einem creutz auff ſein haubt vnd vber das haubt durch das das er gedenck das got an dem creutz erſtarb vnd vns frid erwarb, So ſtet Jm jn dem nack jn der cron ein ſtam der hayſet der weyſe vnd hayſt darumb alſo das er da allein ſtet vnd Jm kain ſtain gleichen iſt vnd ſtet darumb jn dem nack ein tail ſeines reiches iſt das er nit bewaren kan, Darumb ſol er alles ſein hayl befelhen got beſchirme wytwen vnd weyſen, das kain edelſtein dem weyſen gleich iſt darumb hayſet er ein weyſe, Alſo mag man dem kayſer kainen menſchen gleichen das iſt der weyſe der muter pat ſundern vater, Jn dem andrn mal hat das reich ein panner dar jnn ſtett ein adler den ſtet ein creutz vornan an der pruſt das bezaichett das er ſol fur all criſtenhait furen das creutz zu beſſerung allen leuten vnd ſol ſtetiglich berait ſein zu ſterben fur dye criſtenhait das iſt fur dye heyligen kirchen, wan er iſt ein puckler vnd ein fridſchilt der criſtenhait, Darumb ſpricht der Biſchoff wann er Jm den Creſam an ſtreicht zwiſchen dye ſchultern vnd ſpricht, Here Jeſu criſte des lebendigen gotes ſun, Weiche dein knecht N. das er vns ſey ein buckeler vnd ein fridſchilt vor allen ſuntlichen veinden als du vns haſt geweyhett mit deinem plut das creutz deines todes ſey vns vor allen ſuntlichen veinden, Zu dem dritten hat er einen vanen der iſt vornan rot vnd binden gel pey dem rotten iſt bezaichett dye ware liebe, dye er zu got vnd jn got haben ſol, Zu dem vyerden ſo hat er ein gulden apfel den mag man auf thun der apfel iſt von erden das bezaichet jn ſelber als dye erde jn dem gold iſt, Alſo iſt er ein totlicher menſch in criſtenlicher ere, zu dem funften mal hat er ein zepter das iſt ein gulden creutz das hat an dem end einen zwifaltigen lewen, Diſe gerte oder rutte teutet kung Aſwerus als man hat jn dem puch der kung wan der kung dye rutte oder gerte neygete das bezaichet das er ſein gnad bette,

Lat.

plicis generis. Primo habet librum, quatuor liliis ornatum, quod ſignificat, Imperatorem debere eſſe probum & pacificum, nec non manſuetum erga ſubditos, minimeque pronum ad iram, ſicuti lilia inprimis inter omnes flores ſunt ſine ſpinis, ut hinc eum ament ſubditi ſui, & verſa vice ille amet ſubditos, uti ſemet ipſum. Secundo vides Diadema, ornatum cruce, ut memor ſit mortis Dei, qua in cruce affectus eſt, perque eam nobis pacem acquiſiverit. Porro invenis hoc in diademate, cervicem verſus, lapidem admodum precioſum album, ſignificantem Imperatorem eſſe ſupremum inter omnes homines, cumque commendare debere cervicem ſuam, hoc eſt, partem imperii ſui, quam ipſe cuſtodire haud poteſt, omnemque ſuam ſalutem, unico ſapienti, id eſt, illi, qui inter omnes lapides precioſos, nempe ſanctos, non habet parem. Porro etiam denotatur per hunc lapidem precioſum *album* Imperatorem inprimis etiam defendere & tueri debere orphanos. (*Wayßen*) hoc eſt liberos, qui ſunt ſine patre & ſine matre. Tertio Imperium etiam pro inſigni habet vexillum majus (Bannerium) in quo reperitur aquila, cum cruce in pectore notata, quod ſignificat Imperatorem crucem gerere debere pro omnibus Chriſtianis, & ad eos defendendos, ſemperque pronum vitam ſuam dare pro Chriſtianis, hoc eſt, ſancta Chriſtiana Eccleſia. Eſt enim ſcutum pro Chriſtianiſmo. Hinc etiam Epiſcopus, eum cùm chriſmate intra humeros ungens, dicit: Domine Jeſu Chriſte, fili Dei vivi, unge tuum ſervum N. ut nobis ſit ſcutum pro omnibus noſtris inimicis, uti nos unxiſti cum ſanguine tuo in cruce mortis tuæ *pro omnibus noſtris inimicis*. Quarto habet vexillum, à fronte rubrum, & à tergo flavum. Per rubrum ſignificatur verus amor, quem cum, & in Deo, habere debeat, *per flavum vero juſtitia, quam in eos, qui mortem promeruerunt, exercere debet. Flavus color enim ſignificat mortem, qua improbos debet afficere.* Quinto habet pomum aureum, quod aperiri & claudi poteſt, repletum terra. Hoc ſignificat Imperatorem ipſum. Sicuti enim terra in pomo eſt, ita etiam eſt homo mortalis

Germ.

hette, Darumb leichet der kung den gayſtlichen furſten jr leben mit dem zepter das bezaichet das die furſten haben Jr leben von des reichs wegen gnade vnd nit von rechte.

Das der Babſt kain gericht beſitzen mag damit er vnſer land recht geergern müge das XXIV. capitel.

Jtem als du frageſt wye du das vernemen ſoleſt das darunten ſtet jn vnſern lantrechten das der Babſt kain recht geſetzen mag da er vnſer lantrecht mit geergern muge als jn dem erſten puch wan du haſt Vil weyſer pfaffen da wider gehort ſprechen das ſy das ſtuk vnſers lantrechten geren vertrungten vnd ſprechen es ſey wider das evangelium das da ſpricht was du bindeſt auff der erden das iſt gebunden jn dem Hymel, Hye ſprich ich wider das es der babſt wol getun möchte wan es geburt jm nit zu thun wann was jm einmal behaget hat das enſol jm nun nit miß hagen vnd was er thut das ſol er ſtet behalten als jn dem erſten puch, Das ich ſage das jm eyneſt behaget habe das Jm das nit mer mißhagen ſulle, da ſprechen aber dye pfaffen wider vnd ſprechen es ſey geſprochen von ſunderlichen leuten dye von miettende oder von leichende oder mit gaben behaget es yn, Das meins behaget das ſullen ſy nit wandeln wann ſy ſullen es halten, Dyß ſey aber von dem babſt alſo nit geſatzt ob jn der ſachen wol recht eins behaget hette das möchte jm nun wol nit behagen, Als gleich weyß als dye menſchait verwandelt iſt alſo ſein auch verwandelt dye

Lat.

talis in omni ſua gloria Cæſarea, dignitate & honore. Sexto habet ſceptrum, hoc eſt crucem auream, in fine ejusdem duplici leone notatam. Hic baculus originem ſuam trahit à Rege Ahaſvero de quo reperitur in libro Regum. a) Cui Rex hunc baculum porrigebat, is per hoc de ejusdem gratia & clementia certus fiebat. Hinc Imperator adhuc omnes Principes eccleſiaſticos per ſceptrum inveſtit, innuens per id, eos feuda ſua non de jure, ſed ex gratia habere Imperatoris b)

Caput XXIV.

Papam nullam legem in præjudicium juris noſtri provincialis condere poſſe.

Jtem, cum quæreres, quomodo hoc intelligendum, quod ſcriptum ſit in jure noſtro provinciali, *Papam nullam legem in præjudicium juris noſtri provincialis condere poſſe*, uti reperitur libro I. c) Audiviſti enim de multis perſonis eccleſiaſticis ſapientibus, qui contrarium defenderunt, & omnem operam dederunt, ad annihilandum jus noſtrum provinciale, ſtatuentes id eſſe contra evangelium, dicens: *Quodcunque ligaveris ſuper terram, ligatum erit in cælo.* Dicas hic, Papam quidem hoc ex hac ratione facere poſſe, ſed tamen id ei ex alia cauſa haud licere. *Semel enim cauſa adprobata, non retractetur*, & quid Papa itaque ſemel ſtatuit, id ſemper etiam ſervare debet, uti jam reperitur libro Imo. Ei vero, quando dixi, quod id, quod ſemel ipſi placuit, amplius diſplicere non poſſit, contradicunt Clerici, ſtatuentes id intelligendum eſſe de contractibus & promiſſionibus privatorum, vel etiam ſocietatibus eorum. Sicuti ſi quis alicui quid mutuo det, vel locet. Si enim ſemel conſenſum ſuum ad hoc dedit, tunc poſtea amplius id non mutare poteſt, ſed ſtricte obſervare tenetur. Hoc vero à Pontifice non ita eſt diſpoſitum, ac ſi id, quod ipſi ſemel placuit,

a) Nonne potius Eſther?
b) Animadvertet benevolus lector, & in hoc capite nos quædam emendaſſe & addidiſſe, inprimis ubi verba notata deprehenduntur, quod & hic ad melius intelligendum textum factum eſt.
c) Sed quo artic.? neque hic, neque etiam per totum caput, invenitur.

Germ.

dye werck der menſchen da diß recht auff geſetzt iſt auff menſchliche werck dye ſich verwandeln mugen, ſo mag ſich auch das recht verwandeln vnd durch der verwandlung willen ſo iſt vnderweylen not mer ſetzunge, Davon kumbt das das dem babſt der ſachſen recht leicht noch nit gehagett das jm vor darjnne wol behagte, darumb mocht er wol ſetzen das er wider ſachſen recht were wann was er thut das iſt gethan vnd was er pindet das iſt gepunden, Auch ſo ſprechen die pfaffen der Babſt muge verwerfen der appoſtel regel wann dann ſich dye recht verwandeln vnd der babſt des alles vermag vnd ſeinez hertzen alle recht beſchloſſen ſind darumb ſprechen dye pfaffen er mochte wol recht ſetzen wider vnſer recht wan mag er der Appoſtel regel verwerffen ſo mag er auch aller ſeiner vorwarende beſteunge vnd alle preuilegia wider thun ob es ſeine vor vorende wol auch alſo geſetzt haben das ſein nachkume nit widerſprechen ſolten Wan kaine babſt noch kaine kayſer mugen kain recht geſetzen vor nachkumen, Darumb emmag der babſt oder der kayſer vnſer priuilegien verwandeln vnd mugen darwider ſetzen ander recht, Darumb ſprechen ſy es ſey valſch das da ſtet er emmuge kain recht geſetzen wider vnſer recht hye zv antwrte ich vnd ſprech allain das ſich dy leute verwandeln als recht auff geſatzt iſt, Doch einſt nit der leut verwandlunge nicht ein verwandlunge das vernym alſo das ſy darumb recht geſetzen mugen, Dyß kumbt zu dreyerlay weyſe zu dem erſten verwandelt ſich ein recht wan ſich ein ſach verwandelt da das recht umb geſatzt iſt, Alſo das iſt recht das der vater ſein kindt etwas erbe ſeines gutes erbe durch der ſach willen Das dem vater nyemant mer verbunden iſt zu trewe vnd zu dienſt vnd zu erben, Wann dann eliche kinder dye eltern der trwe vnd eren nit genieſſen laſen noch Jm beweyſen darumb das das ſy das gut erben ſullen darumb ſeind dye newen recht geſetzt das der vater das kind mag erbloß machen vnd jn der newen ſatzung dye ſich begynnet, Wir albrecht &c. Heramb das dye ſachſen vnnſers lantrechten noch ſtett das was der glaube wann durch des glaubes willenn,

Lat.

poſtea iterum diſpliceat, ſed quoniam jura reſpiciunt actiones hominum, quæ pro ratione circumſtantiarum temporis & loci variant, etiam jura variare debent. Propter hanc itaque varietatem, & quoniam quotidie novi caſus occurrunt, etiam pluribus & novis legibus opus eſt. Et hinc etiam eſt, ut Pontifici modo aliquid in jure Saxonico displiceat, quod ipſi antea bene placuerat, & hinc etiam aliquid juri huic noſtro ſtatutario contrarium ſtatuere poteſt. Quicquid enim agit, bene actum eſt, & quicquid ligat, ligatum eſt. Amplius dicunt Clerici, Pontificem etiam Apoſtolorum regulas rejicere poſſe. Quoniam itaque jura variant, & Pontifex hæc omnia facere poteſt, *cum jura omnia in ſcrinio pectoris ſui habere cenſeatur*, hinc eſt quod dicunt Clerici, eum jus condere poſſe juri noſtro contrarium. Si enim rejicere poteſt regulas Apoſtolorum, ipſi etiam licitum erit rejicere & abrogare anteceſſorum ſuorum leges & privilegia, etiamſi hi Anteceſſores prohibuiſſent abrogationem, cum neque Pontifex, neque Imperator jus pro poſteris etiam ſtatuere poſſit, inde venit, ut Pontifex vel Imperator poſſit immutare noſtra privilegia, locoque eorum alia dare, & hinc etiam eſt, ut dicant falſum eſſe, quod ſcriptum ſit, eum legem contra jus noſtrum ſtatuere non poſſe. Ad quod vero ego reſpondeo: Licet homines, quorum gratia jura ſunt ſtatuta, ſint inconſtantes & variabiles, tamen hæc hominum variatio minime eſt etiam cauſa ad variandum jus, neque ad condendas novas leges ratio ſufficiens. Ex triplici vero ratione variatur jus. Primo variatur, ſi cauſa, propter quam latum eſt, variatur. Exempli gratia: Jus ſtatuit liberos eſſe hæredes parentum ſuorum, & hoc ideo, quia nemini majorem debent fidem, honorem, & officia, quam ſuis parentibus. Quoniam vero reperiuntur quidam liberi, hanc debitam obedientiam, fidem & honorem denegantes ſuis parentibus, leges novæ ſtatuerunt, parentes his caſibus plane exheredare poſſe hos ſuos liberos, de quo etiam reperitur in conſtitutione nova, quæ incipit nos Albertus &c. Scias itaque rationem condendi juris noſtri provincialis Saxonici

fuiſſe

Germ.

willenn, gab kung karalus priuilegien den ſachſen, darumb das dye ſachſen ſich bekerten zu criſtenclichem gelauben, Wann wir dannoch gelaubig ſind darumb ſol vns der babſt oder der kayſer kain new recht ſetzen, Zu dem andren mal wirt ein newes recht geſetzt durch des willenn das man das durch got geſatzt was verkerte vnd verwandelte es jn ein boſe vnd jn ein iibel, Alſo das recht was gut das man die frawen jrs leypgedings nich aynig gemachen mag, ſey an Jr kriege vnd an Jr werbe ſey wider mit Jr anſprache ob ſy Jre wol verſchworen hette, Diß kert man jn arge, Wann dye frawen das verſchworen hetten das ſy Jrs leybgedings nit vordrn ſolten ſo ertailt man jn das ſy es mit ayden noch danne wider behielten das verbot das nuwe recht zu nwem ſatzte, man enewe recht durch mer ſachen willen dan wir dye dan dye ſachſen vnſers lantrechts noch haben vnd recht nit verkert iſt, Darumb enmag es iryeman weder jn arg noch in boßhait verkeren wan es wider dye criſtenbait nit einſt darumb mag es vns der Babſt nicht gebrechen, Auch ſprech ich der Babſt mag vnſer recht nit gedilgen wan es entrit jn nicht an es trift an den kayſer er enmechte dann ſunder daran bewcyſen. Auch hette der Babſt wol geſatzt das wider vnnſer recht were, das enbindert vns nicht er beneeme vns bey namen denn da mit das auch der Babſt der appoſtel regel verwurff dye regeln waren valſchlichen auff ſy gedichtett vnd ſy enhetten Jr nit gedicht vnd wiſſe das da dye ſtuke uil pfaffen widerſprechen vnd ſprechen dye ſachſen enmugen kain ſunder recht behalten den gebe diſe rede wider zu antwrten.

Lat.

fuiſſe fidem, propter quam, & quoniam Saxones fidem Chriſtianam ſunt amplexi, Rex Carolus nobis noſtra privilegia dedit. Cum itaque adhuc ſimus fideles, hinc etiam neque Pontifici, neque Imperatori permiſſum eſt, nobis novas condere leges. Secundo nova lex ideo datur, quia forſan lex antiqua, à Deo lata, invertitur & immutatur in malam conſuetudinem. Sic in utilitatem mulierum diſpoſitum eſt, etiamſi mulier ſe pro dotalitio ſuo jurato obligatam fecerit, tamen id *nullatenus valere, neque eam teneri*, ſed talem obligationem ſemper judicialiter iterum irritam facere poſſe, *ſive ſemel, ſive etiam multoties, hujusmodi aliquid pro eadem re fiat.* * Ex quo vero hæc prava conſuetudo oriebatur, ut, etiamſi mulieres ſe per juramentum ſimul obligaverint, ſe nunquam talem obligationem pro non valida declarare velle, tamen ea iterum poſtea ad earum inſtantiam pro non valida declarata fuerit. Hinc novum jus, eas ad ſervandum tale juramentum obſtrictas eſſe, præcipit. Tertio novæ dabantur leges propter negotia nova exorta, quorum cauſa leges nondum fuerunt latæ. Quoniam itaque apud nos Saxones ratio noſtrarum legum, nempe fides Chriſtiana, adhuc reperitur, neque perverſi ſimus, hinc etiam leges noſtras adhuc valere, neque eas vel Pontificem, vel ullum quempiam, immutare poſſe, per ſe ſequitur. Amplius etiam dico, Pontifici non competere abrogare jus noſtrum, quoniam eum non concernit, ſed tantummodo Imperatorem, niſi iis in caſibus, ubi probare poſſit, peccata inde oriri, indulgerique iis. Si etiam Papa generaliter aliquid, quod his noſtris juribus ſit contrarium, ſtatuerit, hoc etiam nos non tangit, niſi ſimul etiam nos nominetenus in ea conſtitutione appellaverit. Pontifex etiam non eas Apoſtolorum regulas rejecit, quas ipſi fecerunt, ſed eas, quas alii falſo pro illorum regulis, & eorum nomine, divulgabant. Scias porro hactenus traditis contradicere multos Clericos, docentes, Saxonibus non competere habere jus ſingulare, quibus vero, uti modo audiviſti, reſpondere potes.

* Sunt verba Novellæ CXXXIV. Cap. 8.

Germ.

Als du fragſt vvas yeglichs mans vvergelt ſey vnd buß das XXV. capitel.

Jtem als du frageſt was yeglichs mannes wergeld ſey vnd buß, Herumb ſo wiſſe das vnſer landrecht das hayſſet ſpiegel der ſachſen, vnd ſagt alſo er gemainliche ſprichett von yegliches mannes wergelt vnd puß vnd davon ſchreyben ein capitel vnd ein tail der beteutunge nach kayſerrecht darJnne mügent Jr kyeſen was yeglichs mannes wergelt ſey vnd puß, Vnd ſpreche alſo Nun vernempt aller leute wergelt buſſen Furſten vnd freyen Herren vnd ſchopfenbar leute dye ſind gleich jn buſs vnd jn weregelt, Doch eret man dye furſten vnd dye freyen Hern mit gelde zu geben vnd gibt jn zwelff guldener pfenng der ſol yeglicher drey pfenng gewicht ſilbers wegen das pfenng gewicht giltet man da mit anwurtzen ſilbers, Alſo werden dye zwolff pfenng dreyſig ſchilling werdt, Den ſchopfen freyen leuten gibt man dreyſſig ſchilling zu buſs pfundiger pfennge der ſollen zwaintzig ſchillingen ein marck gelten, vnd wegen Jr wergelt iſt an zehen pfundt der ſelben pfenng vnd ein yeglich weyb hat Jrs manes wergelt vnd buſs vnd ein yeglich meyt vnd vngemannet weyb hat auch halbe puſs nach dem das Jn geben iſt, Die birgilten vnd dye pfleghaften vnd dye das ſchulthayſen ding ſuchn den gibt man XV. ſchilling zu buſs vnd X. pf. iſt Jr wergeld, Andern freyen leuten dye lantſäſſen gehayſen ſind dye da kumen vnd varen jn gaſtes weyſe jn dem land den gibt man auch XV. ſchilling zu buſs X. lb. iſt Jr Wergelt zwentzig ſchilling vnd ſechs pfenig iſt dye laſſen buſs ein helbling vnd IX. pfundt iſt jr wergelt zwen wullen Hentſchuch vnd ein miſtgabel iſt der tagwercker wergelt puſs jr wergelt iſt ein pruguol weyden

Lat.

Cap. XXV.

Qui Werigeldus, & quæ emenda cuilibet hominum debeatur?

Jtem, cum quæreres qui Werigeldus, & quæ emenda, cuilibet hominum debeatur. Scias itaque jus noſtrum provinciale, quod dicitur ſpeculum Saxonicum, generaliter hoc tradere, legi vero etiam de eo in jure Cæſareo, ejusque commentariis, ex quibus itaque, quid cujuslibet werigeldus & emenda ſit, ſcire poteſtis, tradentes ſequens: *Nunc intelligite, qui Werigeldus cuilibet hominum, juxta uniuscujusque conditionem, debeatur: Principes,* a) *liberi Domini, & loco ſcabinali idonei in emenda, ac Werigeldo coæquantur. Principes tamen ac liberi Domini per ſolutionem auri præ cæteris honorantur. Illis etenim duodecim nummi aurei loco emendæ debent præſentari, quorum quilibet tres nummos tenet ponderoſos, & pondus nummi aurei pro decem argenteis computatur; & ſic duodecim aurei nummi valorem triginta ſolidorum obtinebunt. Loco Scabinali idoneis triginta ſolidi ponderoſorum denariorum pro emenda præſtantur. Horum viginti ſolidi marcam ſolent ponderare. Decem & octo talenta denariorum ponderoſorum eorum continet werigeldus. Quælibet mulier maritata dimidiam ſui mariti partem emendæ & Werigeldi obtinebit. Quælibet ancilla, & Virgo innupta habet dimidiam emendam ſecundum ortus ſui generationem: deſponſata vero itidem medietatem ſponſi ſui. Paganis, ſeu cenſualibus, qui judicium ſculteti quærere ſolent, quindecim ſolidi pro emenda, & decem talenta loco Werigeldi numerantur, & tantum etiam liberis hominibus incolis, qui nullam habent proprietatem, ſed veluti advenæ & peregrini adveniunt & recedunt. Viginti ſolidi & ſex nummi cum quadrante eſt emenda latinorum. Et novem libræ ſeu talenta eſt eorum Werigeldus. Duæ laneæ chirothecæ, cum furcula*

a) In verſione latina artic. XLV. libri IIIti, qui ſedes hujus materiæ, quidem *illuſtres, ſpectabiles & banniti* reperiuntur, ſed ſecuti ſumus in vertendo textum noſtrum german.

Germ.

weyden vnd das yegliche rutte von den andrn ſte ein clafter lang vnd yeglich rutte ſol haben IX. oder XII. nagel auswertz vnd yeglicher nagel ſol von dem andrn ſten als der man lang iſt pys an dye ſchultrn pyſs das der man der burg geboren muge von nagel zu nagel vnd yeglich nagel XII. butel vnd yeglich putel ſol haben XII. ſchilling. pfaffen kinder vnd aller der dye vnelich geboren ſein den gibt man zu buſs ein fuder heuſs als zwen Jerig ochſen geziehen mügen, ſpilleuten vnd allen den dye ſich zu aygen geben den gibt man zu buſs ein ſchatten eins manes kempfen vnd Jren kinden gibt man zu puſs eins ſchiltes plitz gen der ſunen, vnd den dye Jr recht mit dyebe oder mit raub oder mit andrn dingen verworcht haben den gibt man zu puſs ein ſchorn vnd echter leute buſſe gibt wenig frumen vnd iſt doch geſetzt darumb das jr buſs des rechtes wette volgett, *Diß iſt der text vnſers landrechtes als hye ſtet vnd ein wenig beteutten nach kayſer rechte davon ſchreibe vnd ſage als vnſer lantrecht ſpricht*, *Was puſs der man tragen der des vnrechtes vberwunden wirt jn peinlichen ſachen als ſtet jn dem* XXXVIII. cap. des erſten puchs, *Nun wil ich das capitel ſagen von des peſſrung der uberwunden were jn pruchlichen ſachen vnd ſprichet uil lieben leute Nun vernement Hye ſol man mercken wo das wort ſtett nun uernemet das maint etwas ſunderlichs das gröſſer nottlicher zu vernemen iſt dan ander ſchlechte rede*, *Das wiſſent das jn allen den preuilegin nicht begynnen dann funff cap. jn dem wort*, *Nun vernempt dyeſelben dye ſich alſo begynnen jn dem* XX. capitel des erſten buchs *das wil er das man verneme was eren nutzes frumen vnd ſunderlich gnad an Riterſchaft ſey*, *Das ander das alſo begynnett das hat man jn dem* erſten buch *da wil er dye zukunftigen erben bewaren vnd in frume vnd ſullen mitleyden haben mit den betrubten ſwangern witwen*, *Das dritte hat man in dem* erſten puch vnd capitel *da wil er das man vernemen dye vnder-*

Lat.

furcula, ſeu tridente, quo fimus tollitur, emenda eſt deditiorum, & eorum werigeldus duodecim virgarum cumulus tritici, ita ut virga una paſſum diſtet ab alia. Et quælibet virgarum novem ſive *duodecim clavos habere debet; clavus vero in aſcendendo unus ab alio in ſpacio usque ad humeros diſtet, ut cumulus ſurſum poterit ſublevari. In quolibet clavo duodecim burſæ pendere debent, & duodecim ſolidos quælibet burſa contineat, & hic eſt eorum werigeldus. Ordinatorum, ſeu Clericorum, filiis, & aliis illegitime procreatis, ſolvitur in emenda currus fœni, quem duo boves annales, ſeu unius anni, trahere poſſunt. Hiſtrionibus, joculatoribus, & his, qui in ſervitutem ſe dederunt, emenda datur umbra viri. Pugilibus, eorumque filiis, emenda, ſplendor videlicet contra ſolem clypei duellaris præſtetur. Duæ virgæ & una forpex emenda illorum eſt, qui furando aut ſpoliando juri derogarunt ſuo. Illegitimorum emendæ parum afferunt utilitatis: ideo tamen poſitæ ſunt, ut eis acquiſitis judici per hoc mulcta præſtetur.* Hic eſt textus juris noſtri provincialis, quem, uti hic reperitur, brevibus illuſtravi, dixique, quomodo cum jure Cæſareo hoc noſtrum jus provinciale conveniat, & quam pœnam ille, qui in criminalibus convictus eſt, ſubire teneatur, uti reperitur *artic. XXXVIII. libri Imi.* * Jam etiam de emenda ejus, qui convictus eſt in civilibus, dicere volo, & quod textus habeat: *Nunc intelligite &c.* Hic animadvertas, ubi reperiuntur verba: *Nunc intelligite*, ibi intelligi præcipue aliquid, quod ſcire præ aliis rebus, utile & neceſſarium eſt. Sciatis itaque his in privilegiis noſtris non plures reperiri articulos incipientes: *Nunc intelligite &c.* quam quinque. Horum primus eſt *artic. XX. libri Imi*, ibidem traditur, quam honorabilis, ſplendidus, utilis, & inprimis tot immunitatibus & privilegiis munitus ſit ordo equeſtris. Secundus ita incipiens etiam eſt in *libro Imo* ** ibi diſponit de jure hæredum futurorum, nempe adhuc naſciturorum, & debere eſſe eos miſericordes erga viduas gravidas, & in mœrore relictas. Tertius eſt in libro *** ubi a) docet

* Potius eſſe videtur art. XVIII. libri IIdi.

** Nempe artic. XXX. cujus initium: *Nunc conſiderate &c.*

*** Non Imo ſed IIdo.

a) Nempe, quod vero itaque plane omiſſum, *artic. XIII.* Cujus initium: *Nunc percipiendum* &c.

Germ.

derſchaid zwiſchen der barmherzikait, Das vierd hat man jn dem XVIII. capitel des erſten buchs, *da wil er das man verneme dye recht dye dye ſachſen Wilkurtte vnd anampten da ſy enpfiengen den glauben der newen Ee, Das funft hat man hye, da wil er das man gedencke vnd antechticlichen verneme dye groſſe gnade dye dye edln kayſer den werden ſachſen gethan vnd gegeben haben diſer ſtat, Wann on kayſers gewalt hette dye recht nyeman mugen gegeben das N. mochte vrtailen einem mane buſſe zu geben wye hoch ſy wollen dar nach das recht vnd der man achtbar was, Dye furſten mochten einen verdampnen auf funftzig pfund goldes, Dye Ritter der provincien mochten einez verdampnen auff drew pfund goldes, Hye ſaget das kayſerlich recht von, Wer auch dem andren ſmachcytt tette, eynem myndern das der richter richt, ſo muſte ſy yener beſſern der ſy getan hette nach yenes vordrung der ſy gelitten hette, Dyſs iſt den ſachſen durch gnade willen abgeleytt vnd iſt geſetzt wye ſy einen yeglichen puſſen ſullen an dem alſo geſprochen iſt vnd wye ſy ein yeglichs wergelt gelten ſullen das vint man an ſeiner ſtat, Das wiſſe das alle bruche zu kumen vyerlay weyſe zu dem erſten geſchehen prüche mit verdachtem willen der da arg iſt als mort, notzog uberhuren oder gewalt von diſen kem peinlich puſs das iſt der tott als ſtet jn dem* XIII. capitel des andren puchs, *Der ander pruch geſchicht von verwarloſunge vnd on boſe verſetze als ob ein vnſunger man der ein kindt ein totte oder einer den andrn zerſchuſſe als er eins andern dings rumpte diſer leute puſs iſt der totten wergelt als da ſtat jn dem* XLV. cap. des dritten puchs, *Zu dem dritten mal geſchehen brüche jn peinlicher clage als ob einer dem andrn mit verdachtem mut liegen hyeſs oder freuelichen ſpreche oder machtlichen ſluge oder ſey ichtes mit vnrecht vnderwunde*

Lat,

docet ut bene perpendatur quænam ſit differentia inter miſericordiam & * *juſtitiam.* Quarto reperitur a). Ibi vult ut attendatur ad jura, quæ Saxones ultro ſibi elegerunt & retinuerunt, cum primo ad fidem chriſtianam novi matrimonii fuerint converſi. Quintum hic habes, vultque ibidem ut attendatur & probe ponderetur, quanta gratia Saxones ab Imperatoribus eminentibus in rebus injuriarum, quas crimina nominamus, fuerint affecti. Secundum enim jus Cæſareum quilibet judex habet poteſtatem judicandi his de rebus, imponendique pœnam, quantam voluerit, & ſecundum uniuscujusque ſtatum & ordinem. Sic Principibus permiſſum erat dictare pœnam quinquaginta unciarum auri, & Equitibus in provinciis trium unciarum b). Secundum jus Cæſareum etiam ita ſervabatur, ut, ſi quis alteri injuriam intulerat, neque judex eam æſtimaverat, tunc is, qui intulit, ſatisfactionem ejus præſtare obſtrictus eſſet, ſecundum æſtimationem ejus, cui illata fuit, quod vero Saxonibus per ſpecialem gratiam remiſſum eſt, ita, ut diſpoſitum ſit quænam emenda, & quinam werigeldus pro cujuscunque conditione ſit præſtandus, quod ſuo loco ſcriptum reperitur. Scias vero injurias quadruplici committi modo. Primo committuntur dolo & præmeditato conſilio, uti homicidium, ſtuprum, adulterium, rapina, & vis publica, & hæc delicta criminaliter puniuntur, nempe morte, uti reperitur *artic. XIII. libri IIdi.* Alterum genus eſt, quod committitur absque dolo & ſine voluntate propoſita, ſicuti ſi furioſus, mente captus, vel infans aliquem occidat, vel ejaculando plumbeos globos per bombardam forte fortuna quis alterum enecet, propter hoc datur werigeldus ſecundum conditionem enecati, uti extat *artic. LXV. libri IIdi.* c) Tertio committuntur injuriæ, propter quas civiliter agitur, ſicuti ſi quis aliquem de mendaciis

* Quod etiam ſine dubio omiſſum eſt.

a) Etiam *libro IIdo* & ejus *artic. LXVI,* qui incipit: *Nunc conſiderate* &c.

b) Nonne potius in germanico loco *Ritter* ponendum erit *Richter*, & hinc etiam in latino *Judicum*, & tunc loco *trium*, *ſex* unciarum, ut vero pergatur: *Judices inferiores* trium unciarum? & id per tit. *Cod. de modo multarum &c.* inprimis vero ejus leg. 4. & 6.

c) Et non *XLV. libri IIItii*, uti tamen in textu invenis.

Germ.

wunde oder nit gulte gewenen ſchuld oder ſeins gezuges nit vollenkumen das muſte er es verbuſſen mit einer ſenften puß als ſtet jn dem LXXXVI. cap. des dritten puchs, *Zu dem vierden geſchechen prüch on boſe gedenck als ob einer den andren jn ſchimpff liegen hyeß oder Jm jn ſchimpff ubel ſprech hye zu hören kein puß ob einer ſein recht darzu tötte das er es jn ſchimpf getan hette als der text ſpricht furſten freyen Herin vnd ſchopfenbar leute ſind frey gleich, hye zu antwrt ich vnd ſprich es iſt wider das recht das da ſpricht ein yeglicher hab puß nach ſeiner geburt alſo ſtet jn dem* XLV. cap. des dritten puchs, *Wenn dann diſe drey nit gleich geboren ſind vnd gleich puß nemen darumb enbat ein yeglich man nit gleich puß nach ſeiner geburt, Dyß entſchaide man alſo, wer alſo frey iſt als der ander, der ander der entzwayet nit wan aygen vnd frey wan der ſchoppfenbar iſt alſo frey als der freyherre, vnd furbas der frey iſt geboren als der furſte, darumb haben ſy gleich buß ob ſy doch nit geboren ſind. Dyß hat man jn dem* dritten capitel des erſten buchs, *Das wider diſem: Aber ich ſage er ſaget da von Ritterlicher wirdickait vnd fraget hye von naturlicher geburt dye nit jn Jr hat were, Hye iſt auch wider* liber feodorum *am anfang wann ich ſag das lantrecht ſpricht davon vnd ſaget hye von landrecht zwelff gulden pfenng das wiſſenndt das man jn allen kayſerrechten recht man ein gulden pfenng fur ein ſchilling vnd xviij diſer pfenng machet ein gewicht geldes wenn des mannes ſchonet wer das weyb vnd er edelte ſy jn ſeim bete ditte, Dye purgelte das ſind zinßleute ander frey leutte das hayſſent mayr zwaintzig ſchilling gibt man den laſſen durch das ſy nit wollen frey ſein das bezaichent den belbling zwen wulen Hentſchuch dye gibt man den Dagwerckern durch Jr ſtettlich arbait Jr wergeld iſt ein barg, Hye merck was ſunderliches das dy tagwercker ſchneder ſind vnd on mechtiger, Dyß*

Lat.

mendaciis arguat, ex dolo & malitioſo propoſito maledictis afficiat, graviter percuſſerit, rerum ad ſe non pertinentium non jure ſe intromittat, debitum, propter quod condemnatus eſt, non ſolvat, dominum, à quo rem habere contendit, vel etiam Varendatorem, non adducat. Hi omnes pœna leviori ob hoc afficiuntur, uti reperitur *art. LXXXVI. libri IIIti.* a) Quarto committuntur injuriæ quædam ſine dolo & voluntate, ſicuti ſi quis aliquem mendaciorum absque doloſo propoſito arguat, vel verbis contumelioſis eodem modo afficiat. Propter hæc non datur emenda, ſi quis jurato, quod id ex dolo non fecerit, aſſerere poſſit, uti inquit textus. Principes, liberi Domini, & loco ſcabinali idonei in hoc coæquantur. Aſt hic objicio, hoc eſſe contra jus, quod vult, quemlibet pœna ſecundum generationem & ſtatum ſuum eſſe afficiendum, uti invenis *artic. XLV. libri IIIti.* Si itaque hi tres ſecundum nativitatem non ſunt pares, & tamen ſecundum pœnam coæquentur, hinc etiam non quilibet pœna nativitati ſuæ adæquata afficitur. Ad hoc ita reſpondeas: Qui quoad nativitatem liber eſt, is adæquatur alteri, licet de adhuc altiori genere ſit natus. Quoniam itaque loco ſcabinali idoneus quoad nativitatem tam liber eſt, quam liber Dominus, & liber Dominus, quam Princeps, hinc etiam quoad emendam ſunt pares, quod vero quoad nativitatem inter ſe differant, habes *artic. III. libri Imi*, quod neque hic contrarium eſſe videtur. Loquitur enim ibidem de dignitate Equeſtri, hic vero de libertate, qua quis ſecundum nativitatem ſuam fruitur, & qua omnes homines ex hac nativitate gaudent. Aſt & huic contrarium eſſe videtur, quod ſtatim in initio libri feudorum reperis. Sed loquitur ibidem de jure feudali, hic vero de jure ſtatutario, & emenda, quam quilibet ſecundum nativitatem ſuam dare obſtrictus eſt. Scias itaque, quod ſecundum jus Cæſareum quilibet denarius aureus computetur pro ſolido, hoc eſt, duodecim denariorum argenteorum, ita, ut LXXXII. horum denariorum efficiant libram

a) *Potius artic. XXXVII. & XXXVIII. nec non XLII. & XLIII. libri IIdi.*

Germ.

Dyß were dar wider das man nach der geburt geben ſolte, Jch ſag aber es enſey wan da ſtet das man buß wergelt da uor gebe wann mit puß beſſert man Jm ſelber mit wergelt peſſert man Jm dem er beſtetiget iſt wen diſes ſeines Herren was durch ſeiner ſtetten arbait willenn ſo engilt man Jn nicht durch ſeiner ſchnodikait man gilt jn nach ſeines Hrn ſchaden dye Jm daran geſchehn iſt Pfaffen kinder, Merck warumb er ſagett pfaffen kinder die vnrecht geboren ſind, Es ſind ettlich mal wort das man mit kurtzen worten möchte volbringen wann er dann mit diſem worte es alles vngleich begriffen haben wann pfaffen kinder ſind uuch vnelich darumb hette er mit dem wort vnelich alles berichtett dar ſey es funden, Jch ſag er enhatt hye nit zu vil wort geſetzett, Wan er will das man wiſſe vnderſchaid vnelicher leute das alle pfaffenkinder vnelich ſind yedoch ſind alle vneliche kinder nit als vnelich als pfaffen kinder, Ein vnelich kind mag elich werden das es bey der frawen bezelett ſey des ſeines vaters elich weyb geſein mochte des enmagen dye pfaffenkinder nit elich werden des iſt des ſchult wan man den pfaffen weychet ſo wird es getruwett der heyligen criſtenhait, vnelich weyb denn die der pfaff beſchlaffett dye iſt ſeins rechtens weybes dochter der heyligen criſtenhait darumb mugent ſy nit elich werden, Alſo zwen yerig ochſen, dye nit geziechen mügen vnd doch geſchaffen ſind als ander ochſen vnd mugen doch nutz geſein, Alſo ſind ander leut geſchaffen vnd mugen doch als ander leut nit geſein oder werden, Spilleuten &c. Alſo der ſcheyne bezeichen mag vnd iſt doch kain man alſo haben diß das gleichnuß eins mannes vnd ſind jn dem rechten doch kain

Lat.

fuerit factus vaſallus ſui ſocii, obſtrictus ſis cum eo dividere feudum tuum paternum hæreditarium? & invenitur, quod ſic. Tunc tu quaeras contra, an hoc te impedire poſſit etiam participem eſſe diviſionis bonorum apertorum patris tui? & invenitur, hoc non impedire, niſi ita fuerit factus Vaſallus, ut plane perdiderit jus Clypei ſui militaris, ſi nempe ea acceperit à Vaſallo, qui tantummodo ab uno latere gaudet clypeo militari. Si vero hæc bona fuerint bona jam collata, quae nobiles habuiſſent à patre ſuo, tunc ea retinent præ fratre ſuo, & hic perdit illa. Tunc quaerat alter ſequentem in modum: an, cum frater tuus tamen ſit claudus, mutus, vel cœcus, cum eo dividere ſis obſtrictus? contra hoc tu quaeras, an privari poſſis propter morbum bonis tuis? Et invenitur: neminem privari poſſe propter morbum feudo ſuo, quod ipſi ante morbum jam fuerit collatum, cum potius ipſi etiam conferri poſſit feudum, poſtquam jam ægrotus fuerit factus. Tunc quaeras ulterius, an, cum Dominus tibi hæc contulerit, poſtquam jam ſciverit te eſſe ægrotum, frater tuus ob hoc contradicere poſſit, & tecum dividere non ſit obſtrictus? Tunc quaerat alter, an, cum tamen cœci, muti, claudi, mente capti, monſtroſi, nani, non poſſint eſſe heredes feudales, & Dominus huic contulerit bona, te hoc impedire poſſit, ut tamen cum eo dividere ſis obſtrictus? Et invenitur quod non, vel quaeras, an, cum tamen fratri tuo jus ſuum feudale propter has corporis infirmitates fuerit diviſum, obſtrictus ſis ei reſpondere ſecundum jus feudale? contra hoc tu quaeras, an, cum ſis innocens hac in re, non ſis proximior ad te defendendum? Et invenitur: eum eſſe proximiorem ad hoc, niſi convinci poſſit, quod hoc factum fuerit, vel ſecundum jus feudale, vel ſecundum jus provinciale, & tunc non obſtrictus es ei reſpondere. Tunc quaerat alter ſequentem in modum: an, cum frater tuus reſignaverit feudum ſuum, vivente adhuc patre veſtro, illud jam repetere poſſit? contra hoc tunc tu quaeras: an, cum minime reſignaveris illud, non itaque declarari debeas hac in re innocens? Et hoc inveni-

Germ.

vare darmede alſe hir vorgeſecht is, Edder deſſe vnbelenede Mann windt des gudes wedderſtadinge deme herenn aff, vor deme Ouerherenn, Edder he beklage ſinenn Broder vor dem Lantrichtere, vnnd vare dar mede alſo geleret is In dem Erſten buke In deme Lantrechte art. 14.

CAP. XXIX.

Wo de Manne vnder Einanderen mogen krigen vmme recht Leen van geliker were, vnd wo men ſe deilet vnd tugen ſchal vnd wo men der Inwiſinge vulkomen ſchall.

Here komenn ock Juwer manne twe vor Juw de dar krigenn vmme recht leen, So nheme de Kleger eynenn vorſprake de Spreke * *ſuß, Here hir ſteit. N. vnnd klaget ouer. N. dat he neme eme ſynn rechte leenn, Dat he vann Juwenn gnadenn* ut art. 22. §. wer auer. & art. 68. *hefft tho. N. vnnd biddet rechtes gerichtes dorch ſyner klage wille, vnnd dat gi ene tho der andtwerde bedenn, So neme de ander ock einenn vorſprake, de Spreke ſuß, Here dat gudt tho. N. dat hebbe Ick In lehne vnnd gewerenn, vnnd bidde eines ordels tho leenrechte, Efft Ick des nicht neger tho* ut in art. 36. in fi. *beholdende ſy, Dar frage wedder Efft he nicht ſchole benomenn de tidt dat Idt eme vorlehnt wartt Dat vint me, Sprickt denne de Ander He hebbe datt gebatt vier wekenn vnnd eynn Jahr, So vrage dar Je-*

art. 7. §. efft twene.

* Quod erat omiſſum in textu noſtro german.

Lat.

venitur. Si nempe de eo conſtet, & illud non factum fuerit coram judicio feudali, tunc quæras ulterius: an non itaque frater tuus tecum dividere ſit obſtrictus? Et hoc invenitur, hac nempe cum diſtinctione, ſi Dominus utrique hoc contulerit. Si vero Dominus illud fratri tuo ſoli contulerit, tunc tu petas bona à Domino tuo, petasque ſententiam: an non Dominus tibi ea conferre ſit obſtrictus? contra hoc quaerat Dominus: an non, cum tamen ea jam contulerit uni fratrum, debeat eſſe liber à reliquis. Tunc moneat Dominus eum, cui contulit feuda, & fidejuſſorem ejus, peragatque cum eis, uti ſupra eſt dictum, alias vir talis nondum inveſtitus, lucratur reſtitutionem bonorum à Domino, præ Domino ſuperiori. Vel inſtituat actionem contra fratrem ſuum coram judice provinciæ, & peragat uti eſt edoctum in libro primo juris provincialis artic. XIV.

CAP. XXIX.

Quando vaſalli inter ſe lites habeant propter feuda recta de eadem qualitate, quomodo hae lites componi debeant, quomodo probatio inſtituenda ſit, & aſſignatio ad finem perducenda.

Domine, ſi etiam veniant duo veſtrorum vaſallorum ad vos, qui lites habeant inter ſe propter feudum rectum, tunc eligat ſibi actor Procuratorem, qui loquatur ſequentem in modum: Domine, hic ſtat N. & actionem movet contra N. quod ad ſe trahere velit feudum ſuum rectum N. ſitum, quod a gratia habet veſtra, petitque ſibi ſtatui propter hanc actionem quod eſt juris, & ut eum ad reſpondendum citare velitis. Tunc eligat alter etiam Procuratorem, qui ita loquatur: Domine, bona N. ſita, habeo tanquam feudum, & in poſſeſſione, petoque ſententiam ſecundum jus feudale, an non ſim proximior ad retinenda ea? Contra hoc quæras, an non obſtrictus ſit denominare tempus, quo illa ei fuerint collata? Et hoc invenitur. Si itaque

Germ.

genn, Sint he dat hebbe gehatt Im ſynem lene eine ſtunde vnnd vier wekenn vnnd eynn Jahr, efft ſynn lehenn tho rechte. In ſchole vorgaenn, Dat vintme, Spreke auer orer Ißlick ſe heddenn datt gehatt Soß wekenn vnnd eynn Jahr, In gewerenn, So vrage de here we dar denne de rechte were

art. 14. poſt princip. *an hebbe So vinthme de denn tynſſ darvth boreth Sprekenn ſe denne beide, ſe heddenn denn tinſſ dar beide vthgeboret, So vrage de here eines rechtes, Efft ſe en nicht van dem Jare ſchollenn hebbenn dar vthgebo-*

Ibidem. *ret, Dat vintme, vp welckerenn denne dat kumpt, De vrage, Sint he dat In olderenn werenn hebbe, Efft he des nicht neger tho beholdende ſy, Dar vrage Jegenn, Sint he dat klagede vor ſynenn herenn vnnd vor ſynenn Mannenn, Efft eme dat vpborent Ichts tho ſchadenn komenn moge, vnd Jenneme ſyne were Icht ſterçkenn moge, So vindt me, Idt ne moge, Efft he der Klage getuch hebbe, Dar vrage de ander Jegen, Efft he de Klage Jarlikes nicht ſchole vorniet hebbenn, Dat vintme, So vrage he vort, Sint dat he des nicht gedann hebbe, Efft he ene nicht ſchole ane noth latenn vnme dat gutt, Dar vrage wedder, Sint dat he alle Jarlike dath vthgepandet hefft, vnnd Idt dar mede In ſynenn werenn gehatt hefft, efft he eme darvmme nicht andtwerden mothe, Dat vintme, So vrage de here, Wat de Mann dar ahn gebrokenn hefft, dat he dat eme nicht vorkumdigede, dat menn ſynn gudt pandede, So vintme, he ſchole deme herenn darvmme wedden, So volge dem Wedde alſe hir vor gelert is, Spreken ſe auer beide, ſe hebbenn dat In likenn werenn, vnnd In likenn leene, vnd ſynt ſe beide In dem Jare beleent, So*

art. 7. §. eſſt twene. *vint me, We erſt ahn dem lene were de beholde dat gudt, Wuſte me ock nu nicht we de erſte were, So vrage De here, watt darvmme eynn recht ſy, So vinthme, ſe ſcholenn des ghan vppe De vnnmeſatenn, welckerer denne dat erſtenn hefft vpgehortt vnnde redeliker tho ſyneme tynßdage gepandet hefft, den des de merer menninge*

art. 68. *by ſteit, de beholt dat gudt, Dar vraget Jenne wedder, Here donn he dat vpborde, dat Ick Inn lene vnnd In gewerenn hebbe, dat klagede Ick Jum vnnd bidde eines rechtes, Efft Ick Darvmme der were deſte vorder ſy, vraget denne der ander-Here Ick bidde eines rechtes, Nademe dat he hir*

Lat.

alter dicat, quod ea habuerit per quatuor manas & unum annum, tunc tu contra quæras, an non, cum ea habueris tanquam feudum per unam horam, quatuor ſeptimanas, & unum annum, ſis proximior de jure ad feudum? Et hoc invenitur. Si vero unusquisque dicat, quod habuerit poſſeſſionem per ſex ſeptimanas & unum annum, tunc quærat Dominus: quisnam itaque juſto modo habuerit poſſeſſionem? & invenitur is, qui etiam percipit fructus ex iis. Si itaque uterque dicat, quod perceperit, tunc quærat Dominus, an non de jure eos per totum annum percipere debuiſſent? & hoc invenitur. Et is, qui eo modo percepit, quærat: an non, cum tamen habeat poſſeſſionem antiquiorem, ſit proximior ad retinenda bona? contra hoc tu quæras: an, cum querelas tuas protuleris coram tuo Domino, tuisque Vaſallis, tibi hæc perceptio detrimento eſſe poſſit, & adjuvare alterum quoad poſſeſſionem ſuam? & invenitur, quod non. Si nempe probare poſſis, quod protuleris has querelas. Contra hoc quærat alter: an non obſtrictus fuerit proferre de novo has querelas quotannis? & invenitur, quod ſic. Tunc quærat ulterius, an non, cum hoc non fecerit, itaque eum non amplius convenire debeat quoad hæc bona. Contra hoc tu quæras, an, cum tamen bona per ſingulos annos fuerint oppignorata, & per hoc itaque ſimul retinueris poſſeſſionem, hinc obſtrictus ſit ob hoc tibi reſpondere? & hoc invenitur. Tunc quærat Dominus, quam pœnam itaque Vaſallus, quod ipſi, bona ſua oppignorata eſſe, non denunciaverit, ſubire debeat? & invenitur, eum ob id Domino ſolvere debere mulctam, & tunc peragas quoad hanc mulctam, uti ſupra eſt edoctum. Si vero uterque dicat, quod habuerit bona in feudum æquali modo, & quod uterque uno eodemque anno ſit inveſtitus, tunc invenitur: qui prior poſſeſſionem feudi prehendit, is retinet bona. Si vero ſcire haud poſſit, quis prior fuerit, tunc quaerat Dominus, quid itaque inde ſit juris? & invenitur, hoc relinquendum eſſe circumſedentibus. Quis itaque iis prior uſus fuerit, & majori cum probitate in die ad ſolvendum præfixo

ut in art. 14. 22. & 68. Lenrecht. & art. 44. ib. 2. Lantrecht.

Germ.

ſteit vnnde klaget dat Ick dat gutt In vpboringe hebbe, Efft Ick denne nicht des gudes neger tho beholdende ſy dat Ick vpbore, vnnd In lene vnnd In gewerenn hebbe, wenn deſſe de dar vmme klaget, Hir vrage wedder, Here Ick bidde eines ordels, Sint Ick dat geklaget hebbe, dat he my dat gudt nimmet, vnde dat tho vnrechte vpboret, Efft he ahnn dem gude vmmer rechte boringe krigenn moge, Dewile dat he miner Klage nicht ane lecht mit rechte, ut art. 22. & 68. Lenr. & art. 44. lib. 2. Lantrecht. *So vint me he ne moge, Werenn nu de leen alſo like geſcheenn vnnd de were alſo like gehaldenn dat des vmmeſatenn nicht enthrichtenn kundenn, vnnd dat der vmmeſatenn tuch alſo like were, Were denne orer en er Ingewiſet de bidde eines ordels, Sint der tidt dat eme de here dat gudt hebbe bewiſenn latenn er anders Jemende, efft he des nicht mit beterenn rechte tho beholdende ſy wenn Jemandt de dar na Ingewiſet were,* ut art. 7. §. efft twene. & art. 10. §. wo ein here. art. 5. 10. 14. & 57. *Dat vintme, deſte he des vulkomenn moge, So vrage he vort Wo he des vulkomenn ſchole, So vint me, verſaket des de here, ſo ſchole he des vulkomenn mit des berenn bodenn, dat he eynn Inwiſet, vnnd mit twenn des berenn Mannen, verſaket auer das de here nicht ſo vulkumpt* ut art. 7. & 24. *he des mit dem Inwiſer alleine, So vrage eines Ordels, Efft de here nicht ſchole bekennenn dat he dy dat gelehnt hefft, vnnd dy dar hebbe Inwiſenn lathenn, Begert nu des de ander ock, Spreckt denne de here, Ick bekenne dat Ick Juwer Iſlikenn gelent hebbe, dar he recht tho hefft, So vrage Juwer eynn, Sint gi Juweme berenn enkede gutt benomedenn, donn he Juw dat vorlende, Efft he Juw nicht enkedes gudes bekennen ſchole, Nu gi ſiner Werſchap, dat is ſyner bekantniſſe bederuenn, Dat vintme, Wolte des de here nicht donn, ſo ſchall me dat denn ouerberenn klagenn, vnnd varen darmede, alſe hir vorgeſecht is, Bekant auer des de here dem eynenn, vnnd verſaket he des deme anderenn, vnnd hebben ſe beide de were nicht, So vrage de deme de here des bekandt, effte he dat gutt mit rechte nicht gewunnenn hebbe, So vintme, He hebbe dat gewunnenn Jegenn ſinen berenn Deſte he dat betuge Jegenn ſynenn hußgenotenn, So vrage watt du tugenn ſcholeſt So vintme, he ſchole tugenn mit ſines eines handt vppenn hilgenn, dat eme ſin here dat gudt er gelenet hebbe wen Jen-*

Lat.

fixo oppignoravèrit, cuique potior pars annuit, is retinet bona. Contra hoc ille quærat: Domine, cum bona hæc perceperit, quæ tanquam feudum & in poſſeſſione habebam, tunc querelas meas protuli ad vos, hincque peto ſententiam, an non inde ſim proximior ad poſſeſſionem? Si itaque quaerat alter: Domine, peto ſtatui quid juris, an non præ eo, qui hic ſtat, actionemque, cum querelis ſuis profert, quod percipiam utilitatem bonorum, ſim proximior ad retinenda bona, de quibus jam percipio fructus, eaque habeo tanquam feudum & in poſſeſſione? Contra hoc tu quæras: Domine, peto ſententiam, an, cum actionem protulerim, quod mihi eripuerit bona, fructusque ex iis contra jus percipiat, itaque iis, prout juris eſt, utatur, cum ad actionem meam non, prout juris eſt, reſpondeat? Et invenitur eum, prout juris eſt, haud iis uti? Si itaque feuda hoc pari modo & tempore fuerint conceſſa, poſſeſſionemque eodem modo habuerint, ut hoc circumſedentes haud dijudicare poſſint, eorumque vota eſſent paria, & unus eorum jam ſit aſſignatus, tunc petat is ſententiam, an non, cum quoad aſſignationem vel a Domino ipſo, vel quodam altero, ſubſecutam ſit tempore potior præ altero, etiam ſit potior jure ad retinenda hæc bona præ eo? Et invenitur, eum eſſe potiorem, ſi etiam illud probet. Tunc quaerat ulterius, quomodo hoc probare debeat? Et invenitur: Si Dominus recuſet probationem, tunc eam peragat per nuncium Domini, qui dicitur aſſignans, & cum duobus Domini vaſallis. Si vero Dominus eam haud recuſet, tunc id tantummodo peragat per aſſignantem. Tunc quaeras ſententiam, an non Dominus obſtrictus ſit confiteri, quod ea tibi contulerit, aſſignaveritque. Quod ſi alter etiam petat, Dominusque dicat: Confiteor, quod unicuique veſtrum contulerim, quod ei de jure debet, tunc quærat unus ex vobis, an, cum denominare poſſitis Domino veſtro bona vobis conferenda, itaque non ſit obſtrictus vobis etiam aſſignare hæc bona, cum opus habeatis evictione, id eſt aſſignatione ſua? Et hoc invenitur. Quod ſi recuſet Dominus, tunc deferenda eſt res

Germ.

nem vnnd dat he ahnn dem lene tho der were beter recht hebbe wenn Jenne, Weret auer alſo gelik ahnn denn Lehnen, vende ahnn der were, dat menn des Jo nicht enthrichtenn kunde, So vrage wat dar denne recht vinne ſy, So vintme, ſe ſchullenn beide ſchwerenn dat ſe tho deme gude recht hebbenn, War denne ſe beide vpſchweren, dat ſe tho deme gude recht hebbenn Dat ſchal menn ene gelike delenn, Bekant auer des de here enn beidenn, ſo vrage over eynn enes ordels, Efft he nicht ſchole bekennenn welckerem he dat gudt erſtenn vorlenth hebbe, Dar vrage de here Jegenn, Sint he des nicht enweith, vnnd de man denn herenn woll ouertugenn moge, Efft ſe dat nicht mitt tugenn vp ene bringen ſcholenn, vnnde ene der eede vordragen, Dat vintme, So vrage vort, Sint ſe nicht bewiſenn mogenn welcker eer belenet ſy, vnnd de here enn beidenn des Leenes bekant, Efft ſe nicht dat lehenn like delenn ſcholen, vnnd efft de here nicht tho rechte Iſslikem de helfft erſtadenn ſchole, Sint he dat en mit willenn lenede, Dat vintme, Bekant auer de here der deilinge einem eer, De vrage, Efft he des gudes nicht neger ſy, Dat vintme, So vrage de ander, Efft en de here des nicht erſtadenn ſchole, ſint he eme lehnde des he eme nicht gewerenn mochte, Dat vintme. Hedde auer dat eynn In gewerenn hat Söß wekenn vnnd eynn Jahr, So vrage, Efft he des nicht neger tho beholdende ſy, Efft des de here woll dem anderenn bekande, vnde is eme geweret mit vingerenn vnnd mit tungenn, Dat vintme, So vrage vortt, Wo du dine were betugenn ſcholeſt So vintme eines Lenes gewere, Dat is dat eynn gudt dy verlehent ſy moteſtu tugenn mit ſoſſenn des herenn Mannen, Sunder eynn hebbenndde were, dat is dat du de nutt dar vth boreſt, Tugeſtu mitt ſouenn bederuenn mannenn, we ſe ſin, Wann alſus twe krigenn, vnnd pandenn Inn eynn gudt, ſo boret dem Lantrichtere dat he dith gudt en beidenn vorbede, vnnd en bodenn ſende, vnnd late horen, we mit rechte dat mach beholdenn, wann ſe des beide ann enem herenn thenn, Thuet ſick auer eynn Iſslick des ahn eynem ſunderkenn herenn ſo gatth darvmme alſo geſecht is Inn dene Landtrechte vnd In ſiner Gloſen, lib. 2. artic. 42. We ſo klaget.

art. 33.

art. 7.

art. 32. & 49.

art. 14. In prin. & 37. in fin. Leenr. & art. 44. li 2. Lantrecht.

ut in art. 74. in fin. & art. 38. ad fin.

Lat.

ad Dominum ſuperiorem, & poſtea peragendum, uti ſupra eſt dictum. Si vero Dominus id aſſignet uni, denegetque alteri, & neuter eorum poſſideat, tunc quaerat ille, cui Dominus aſſignavit, an de jure id fuerit conſecutus? Et invenitur, eum id eſſe conſecutum contra ſuum Dominum, ut id probare poſſit contra ſuos domeſticos. Tunc quæras, quidnam debeas probare? Et invenitur, eum probare debere per impoſitionem manus ſuæ ſuper ſanctos, quod Dominus ipſi contulerit bona prius, quam alteri cuidam, & quod quoad poſſeſſionem feudi melius habeat jus præ altero. Si vero jus eorum quoad feudum, & poſſeſſionem ejus, tam ſit æquale, ut, quis majus habeat, dijudicari haud poſſit, tunc quæras, quid itaque hinc ſit juris? & invenitur, utrumque jurare debere, quod jus in bonis habeat, &, ſi uterque juraverit, tunc bona quoad æquales partes inter eos eſſe dividenda. Si vero Dominus ea utrique aſſignet, tunc unus eorum quaerat ſententiam: an non obſtrictus ſit confiteri, cui eorum primo conceſſerit bona. Contra hoc quaerat Dominus, an, cum hoc neſciat, Vaſallusque probare velit contra Dominum, hæc probatio ſit admittenda, eique juramentum poſſit deferri? & hoc invenitur. Tunc quaeras ulterius, an non, cum probare haud poſſint cui feudum ſit conceſſum primo, Dominusque dicat, quod utrique hoc conceſſerit æquali modo, etiam in æquales partes dividere debeant feudum, & an non obſtrictus ſit aſſignare unicuique eorum dimidiam partem, cum ipſis ea lubens jam conceſſerit? & hoc invenitur. Si vero Dominus uni eorum concedat bona in feudum, tunc is quaerat: an non inde proximior ſit ad bona? & hoc invenitur. Tunc quaerat alter, an non Dominus, quoniam ipſi contulit, quod præſtare haud poſſit, inde ad ſatisfactionem ſit obſtrictus? Et hoc invenitur. Si vero quis poſſeſſionem bonorum habuerit per ſex ſeptimanas & unum annum, tunc quaerat, an non ſit proximior ad ea retinenda, non obſtante, quod Dominus ea alteri jam aſſignare velit, cum conſecutus fuerit poſſeſſionem per digitos & linguam? Et hoc inve-

Germ.

CAP. XXX.

Wo de Manne tho Krige komen vme gedinge vnd angeuelle.

HEre hedde gi ock vorlehnet ein gedinge dat is angeuelle, vnnd krigenn dar twe vnnme Juwer Mann, vnnd ſecht eynn Iſslick, gi hebbenn dat ene gelehnt, vnd ſprickt des Klegers vorſprake, Here hir ſteit .N. vnnd biddet dat gi eme bekennen des angeuelles, dat gi eme gelehnt hebben ahnn .N. gude nha ſyneme Dode, verſaket denne des de here, So vrage wo du des eme erInneremn ſcholeſt, So vintme, mit twenn ſynner Mannen de dat bordenn vnde ſegenn, dat be di dat lehnede, So vrage de ander, Sint dat eme de here er geleghenn hadde wat eme erſt leddich worde, vnnde eme dith gudt erſt ſy leddich gewordenn, Efft he dith nicht tho rechte hebbenn ſchole, So vrage dar Jegenn, Sinth dy vorlehnt ſy des benomedenn mannes angeuelle, vnnd eme ſo gelehnt wat dem heren erſt leddich worde, Efft he mit dem erſten Lene dynn benomede gedinge, Dat is angenelle, affwinnenn moge, So vintme, he ne moge, Weret auer deſſenn In Jenes ſuke bedde, vann dem dat loß gewordenn were gelegen, So vrage dar wedder, Efft dy dat ſchadenn moge, So vintme, Idt ne moge, Were ock deſſenn de vppe dat erſte lehnn thoch ſynn Leenrecht vordeilet, dat he van deſſenn herenn hadde, woll hebbe em de here dat wedder leggenn, So vrage dar

in all. art. 7.

Lat.

CAP. XXX.

Quomodo vaſalli inter ſe litigare debeant propter feuda de futuro & exſpectativas.

Domine, ſi etiam contuleritis feudum de futuro, hoc eſt exſpectativam, & duo veſtrorum vaſallorum lites habeant inter ſe propter id, dicatque quilibet, quod ei illud contuleritis, & loquatur actoris Procurator ſequentem in modum: Domine, hic ſtat N. petitque confiteri, quod ipſi contuleritis exſpectativam in bonis N. poſt mortem ejus, Dominusque id recuſet, tunc quaeras, quomodo peragere debeas, ut eum in hujus rei memoriam revoces? Et invenitur per duos vaſallos, qui collationem audiverunt, videruntque. Tunc quaerat alter, an non, cum Dominus ipſi contulerit feudum primum apertum, & haec bona ſint prima aperta, itaque de jure ea habere debeat. Tunc tu contra quaeras, an, cum tibi collata ſit exſpectativa in bonis vaſalli ſimul denominandi, & alteri, bona prima aperta, itaque cum his bonis denominatis tibi quoad tuam exſpectativam praeire poſſit? Et invenitur, eum non poſſe. Si vero huic collatum fuerit durante morbo ejus, à quo provenit, tunc quaeras contra, an id detrimento tibi eſſe poſſit? Et invenitur, quod non. Si etiam is, cui feudum de futuro primo fuerit collatum, poſteaque illud ab hoc Domino diviſum, id iterum

Germ.

art. 20. *Jegenn, Efft he alle gedinge darmede nicht verlorenn hebbe, Dat vintme, Dat ne were denne eine anderwerf by nhamenn wedder gelegenn, So vrage vortt Efft he de tidt fyner Lennge nicht ſchole erkennenn*, alſo he anderwerff belenet wartt, Dat vintme, Wertt denne dine Lennge hir mede older, So vrage Efft du mit der olderenn Lennge nicht dat gudt*

in all. art. & §. *beholdenn ſcholeſt, Dat vintme, Were auer di dynn gudt vordeilet, vnnd heddeſt du Idt nicht wedder entfengenn, mer heddeſtu dat vthgetogenn nha rechte, So vrage, Sint du din gutt hebbeſt vthgetogenn nha rechte, efft du done nicht leben vnde angeuelle hebbeſt vthgetogenn, Alſo efft dy*

art. 76. §. ultim. *dat ny vordeilt en were, Dat vintme, Leth ock Jenne Dat gudt by ſundenn liue vp, des anwardinge di vorlenth is, vnnd lenth Idt de here einem anderenn, vnnd ſteruet denne Jenne, So beſtu dar nicht abnn, Wedderkofftc auer Jenne ſynn gudt, vnnde he behelet wente In ſynn ſuke bedde, vnnde bedde de here wol dat angeuelle nha Jenes wedderkopinge eynem anderenn gelehnet, So vrage du wedder du des nicht neger ſiſt, Weute di dat erſtenn vorlenth was, Sint dat Idt In de erſtenn handt ſy*

art. 5. *wederkomen, edder Jenne denne dat gelehnt was, So vintme, De erſte ſy des neger, Hedde auer de here dy belenet eines Mannes gedinge, vnde quenne dat gudt nha abnn dines herenn Sone, edder abnn eynenn anderen, vrage denne denne Welckere Lennge vorgabenn ſchole, So vintme de*

In dict. art. 5. & art. 8. *leſte, Hedde ock de man des gedinge di gelegenn were nha woll ſone, Storuenn ſe ehr denne de Vader ſo enbindert Idt dy nicht, Blifft auer ein ſone nha des Mannes Dode, Edder wert he na geborenn, vnnd vorlenet denne de here des Kindes gedinge, So vrage de den des Kindes gedinge gelegenn is, wedder he des neger ſy, edder de des Vaders gedinge gelehnet was, So vintme, de*

art. 20. *ſy neger denne des Kindes gelegenn is, were auer dat Kindt denne Vadern nicht euenbordich, So vrage du efft dy dat din gele-*

Ibidem. *genn dinge entfernenn möge, Szo vintme, dat ne möge, Koffteſt du ock eynn gedinge nhn enes mannes gude Jegen dinenne berenn dat dy gelene worde vann eneme, lethe denne de Mann nha ſynn gudt vp, vnnd*

* Nonne potius *rekennen*, uti etiam in textu Corp. Juris feud. Perilluſtris Dni Conſil. Imper. aulici actual. Baronis de Senckenberg, & hinc in verſione noſtra latina.

Lat.

à Domino habere debeat, tunc quaeras contra, an non ſimul cum eo omnem perdiderit exſpectativam? Et hoc invenitur, niſi illud ei ſecunda vice nominetenus fuerit collatum. Tunc quaeras ulterius, an non computare etiam debeat in id omne tempus inveſtituræ ſuæ ſecundæ? Et hoc invenitur. Si itaque per hoc adipiſcaris collationem antiquiorem, tunc quaeras, an non bona una cum hac collatione antiquiori tenere debeas? Et hoc invenitur. Si vero tibi tua bona fuerint diviſa, neque tibi iterum collata, & ea extraxeris, prout eſt juris, tunc quaeras, an, cum extraxeris tua bona, prout jus id poſtulat, etiam extraxeris feuda & exſpectativas, eodem modo, ac ſi ea tibi nunquam fuerint diviſa? Et hoc invenitur. Si etiam ille, in cujus bonis exſpectativam habeas, ea reſignet adhuc ſanus, Dominusque illa conferat alteri, & moriatur hic, tunc nihil juris amplius tibi in ea competit. Si vero ille retrovendat ſua bona, retineatque ea usque dum ægrotus fuerit factus, & dominus contulerit exſpectativam poſt retrovenditionem ejus alteri, tunc tu quaeras, an non ſis proximior ad ea, cum illa tibi primo fuerint collata, & redierint, unde venerint, præ eo, cui illa poſtea fuerunt collata? Et invenitur priorem eſſe proximiorem ad ea. Si vero Dominus contulerit tibi feudum de futuro vaſalli alicujus, & bona perveniant poſtea ad filium Domini tui, vel etiam alterum, tunc quaeras, cujus collatio ſit præferenda? Et invenitur poſterioris. Si etiam Vaſallus, cujus feudum de futuro tibi fuit collatum, habeat filios, & illi ante patrem decedant, tunc hoc te non impedit. Si vero pater relinquat filium, vel talis naſcitur poſt diſceſſum patris, & Dominus conferat exſpectativam in obitum filii, tunc is, cui talis collatio eſt facta, quaerat, an ſit proximior ad id præ eo, cui facta eſt collatio in obitum Patris? Et invenitur eum eſſe proximiorem, cui ſubſecuta eſt collatio in obitum filii. Si vero talis filius non ſit ex legitimo thoro natus, tunc quaeras, an illud te, ut feudum jam collatum jam etiam habere poſſis, impediat? & invenitur, illud haud impedire. Si etiam emas exſpectativam in feudum alicujus vaſalli contra tuum Dominum, ut illud tibi conferatur ab

eo,

Germ.

vorlenet de here eneme anderenn, vrageſtu denne efft di dynn here nicht ſchole dat Irſtadenn, edder dynn gelt wedder geuenn, So vintme he ne dorue, He ne hebbe di dat denne ſunderlikenn gelouet, Spreken ock twe vp en gedinge, ſo ſchulleun ſe beide nomenn de tidt der Lenung, So vrage der dar de erſte ahnn ſy, Efft he nicht dat gutt beholdenn ſchole, So vintme, he ſchole Deſte he dat betugenn moge, So vrage he vort alſus, Sint des dinn here bekant efft du dar bouenn thuge bederueſt. So vintme he ne dorue nicht wenn des herenn bekantniſſe, vnnd beholt ſo dat gudt Jegenn den heren vnnd nicht Jegenn ſynenn hußgenotenn, Were ock eneme lehnn dat erſt leddich worde, vnnd deme anderenn In ene benomede ſtede, de vrage wedder denn erſten, Efft he di mit deme gemeinenn Lene din benomede gedinge brekenn moge, So vintme he ne moge.

art. 5. & art. 58.

art. 7.

CAP. XXXI.

Wo De manne tho Krige kommen vmme Borchlehn.

HEre Krigenn ock Juwe Mann vor Juw vmme Borchleen, dar varet mede alſe Dat leenrecht leret, Wente In allen is ene wiſe, Nimmet de Kleger den enen vorſprakenn vnnd ſprickt, Here, N. klaget Juw ouer. N. dat he eme nimmet ſynn Borchleenn tho. N. Dat he van Juwenn gnadenn hefft, So ſpreke de andere, Dat ſy ſinn, vnnde bidde eines ordels tho Borchrechte, Sint dat Idt em erſt bewiſet ſy, efft he des nicht neger ſy, Dat vintme, Deſte he dat betugenn moge, So vrage he vortt wo he dat betugenn ſchole, So vintme, mit twenn des herenn Borchmannen, Hedde denne de here nicht mber Borchlude, denn deſſe twe, So vrage he vort eines ordels, Sint de here neine Borchmanne mehr en hefft, wo he denne des vulkomenn ſchole, So vintme, Dat ſta vp des herenn bekanthniſſe, Klagede auer de eine Dat eme de ander vorderuede ſinen meiger mit herberge, edder mit denſte, vragede denne de ander, Sint

ut in art. 71. & 72.

art. 7. & 10.

facit art. 24. §. pc.

facit art. all. & 28. hoc in defectum probationis.

Lat.

eo, Vaſallusque reſignet ſua bona, & Dominus ea conferat alteri, tuque quaeras, an non Dominus tuus obſtrictus ſit tib conferre hæc bona, vel reddere pecuniam tuam? tunc invenitur, eum non eſſe obſtrictum, niſi ſpeciatim tibi hoc promiſerit. Si etiam duo litigent de feudo de futuro, tunc uterque obſtrictus eſt denominare tempus collationis. Tunc is, qui prior eſt tempore, quærat, an non tenere debeat bona? & invenitur, quod ſic, ſi nempe illud probare poſſit. Tunc quaerat ulterius ſequentem in modum, an, cum Dominus tuus hoc confiteatur, probatione hac in re opus habeas? & invenitur eum nihilo indigere quam confeſſione Domini ipſius, & retinet itaque bona contra Dominum, & non contra ſuos domeſticos. Si etiam alicui fuerit collatum feudum primum apertum, & alteri in loco ſimul denominato, tunc hic quaerat contra priorem, an tibi cum feudo ſibi generaliter conſtituto ſit præferendus quoad tuam collationem nominetenus factam? Et invenitur eum haud eſſe præferendum.

CAP. XXXI.

Quomodo Vaſalli inter ſe litigare debeant de feudis Caſtrenſibus.

DOmine, ſi etiam vaſalli veſtri coram vobis litem habeant de feudo Caſtrenſi, tunc peragatis in eo, uti docet jus feudale. In omnibus rebus enim ſervandus eſt modus. Si itaque actor aſſumat Procuratorem, qui dicat: Domine N. querelas ſuas profert ad vos contra N. quod ipſi eripiat feudum ſuum Caſtrenſe N. ſitum, quod a gratia habet veſtra, dicatque alter id eſſe ſuum, petereque ſententiam ſecundum jus Caſtrenſe, an non, cum illud ipſi primo fuerit aſſignatum, ſit proximior? tunc invenitur, eum hoc probare debere. Tunc quaerat ulterius, quomodo illud debeat probare? Et invenitur, cum duobus vaſallis Domini. Si etiam Dominus non plures habeat Caſtrenſes quam hos duos, tunc quaerat amplius ſententiam, quomodo itaque, cum *Dominus* non plures habeat Caſtrenſes, probatio ad finem ſit perducenda? Et invenitur,

Germ.

he dat hogeſte gerichte hedde ouer dat gudt, efft he eme nicht herberge plichtich ſy, Dar vrage Jegenn, Sinth de Mann eynn ſlicht mitling ſy dines gudes, Efft he Jemande ichtes plichtich ſy, wenn als ſynn bure ſta, So vintme he ne ſy, Were ock eme eynn gedinge gelehnt an enes Borchleenn, vnnd vragede he enes ordels, efft eme de Frouwe tho rechte nicht rumenn ſcholde, Dregt denne de Frouwe eynn Kindt, So vrage ohr Vorſprake, Efft ſe jemande rumen dorue erme wete wedder dat kyndt borchleens erue ſy. So vintme, ſe ne dorue. Were ock dat eynn tho deme herſchilde geborenn were, vnnd De ander nicht vnnd krigenn ſe beide vmme gudt, dar ſe der were beide ahnn dorfftenn, vnnd bodenn ſe beide gelikenn tuch, vnnd vragede denn Jenne de denn heerſchilt hefft, Efft ſynn tuch nicht ſchole vorgahnn, Dar vrage de ander Jegen, Sinth De Borchleenn ligenn mach de des herſchildes nicht en hefft, efft denne In Borchlene tho tugende de herſchilt Jemande moge vorderenn edder hinderenn, So vintme, he ne moge, Here worde Juw hir wedde erdeilet, vnnd watte ordell Juw wedder veret, Dat holdet alſe menn Dat holt In deme lenrechte, Worde auer eneme ſynn Borchleenn vordeilet dorch des anderenn Klage Dar he nicht Jegenwardich en were, de hedde nicht men Soß wekenn, Dar he dat binnenn vth theenn mochten.

art. 71. §. Item.

Lat.

id tunc relinquendum eſſe Confeſſioni *D*omini. Si vero quis querelas proferat, quod alter ipſi damnum inferat quoad villam ſuam vel per hoſpitia, vel ſervitia, & is quaerat, an non, cum jurisdictionem habeat ſuperiorem in bonis, ille ei obſtrictus haud ſit ad præſtandum hoſpitium, & hic contra quaerat, an non, cum vaſallus ſit nudus conductor bonorum tuorum, inde obſtrictus ſit ad præſtandum cuidam aliquid amplius, quam id conductionis jus poſtulat? tunc invenitur, eum non eſſe. Si etiam alicui collatum fuerit feudum Caſtrenſe de futuro, isque quaerat ſententiam, an non uxor ei hoc cedere de jure ſit obſtricta, uxorque geſtet partum., & Procurator ejus quaerat, an uxor teneatur cedere prius, quam ſcire poſſit, num hic partus non ſit haeres feudi hujus Caſtrenſis? Tunc invenitur, eam cedere haud eſſe obſtrictam. Si etiam unus natus ſit ad clypeum militarem, & alter non, & litiget uterque de bonis, in quibus uterque opus habeat poſſeſſione, eorumque probatio ſit æqualis, & is, qui habet clypeum militarem, quaerat, an non ſua probatio ſit præferenda, contra vero alter quaerat, an, cum feuda Caſtrenſia etiam ille conferre poſſit, qui caret clypeo militari, itaque clypeus militaris in probatione quoad feuda Caſtrenſia adjumento vel impedimento eſſe poſſit? Tunc invenitur, eum neque id juvare neque impedire. *D*omine, ſi vobis etiam aſſignetur mulcta, tunc quoad illam, & dictatam ſimul ſententiam, peragatis, uti hoc tenetur in jure feudali. Si vero cuidam feudum ſuum Caſtrenſe in abſentia ſua, per actionem ab altero inſtitutam, dividatur, tunc is ad extractionem ejus non longius tempus quam ſex ſeptimanas, habet.

IV.

SYLLABUS
VOCUM NONNULLARUM
AUT OBSOLETARUM AUT OBSCURARUM
IN CODICIBUS
DES KAYSER-RECHTS
ET
RICHTSTICHS LANDRECHTS
OCCURRENTIUM,

CUM SUCCINCTA EARUM EXPOSITIONE;

CURA

V. C. BENIAMINI CHRISTOPHORI GRASHOFII
Consil. Intimi Schwartzburgici & Senatus Mulhusani Syndici.

EIVSDEMQUE

Ad loca quaedam obscuriora

Juris Cæsarei in Part. I. & I.

ANNOTATIONES.

A.

ANEFANGEN. vindicare rem ſuam certis adhibitis ſolemnibus. in *vocabulario*, editioni Speculi Saxonici Loſſianae an. 1545. adiuncto, dicitur: *Anfangen heiſt mit Recht ein geſtolen ding wider fordern oder angreiffen.* i. e. *Anfangen* dicitur, quando res furto ablata repetitur, & adprehenditur, ſeu occupatur. Sed modum *des Anfangens* non ſolum in rebus furtivis, ſed etiam in aliis, adhiberi poſſe, docetur *im Richtſtich*, qui ſatis copioſe hac de re agit. Deſcendit vox a verbo *fangen* quod ſignificat (a) occupare (unde *bivanc*, *bivang*, *Nuwenbivang*, terra occupata, noviter occupata) (b) vi adhibita capere.

ANHAB THUN idem ac *anheben;* incipere. Vocabulum frequens, ubi ſermo eſt de auctore rixae.

ANTWAR. particula disjunctiva *entweder*, *aut*, illi oppoſita, *of oder.*

ARNEN, *erarnen*, *verdienen*, *erndten*, metere, acquirere, ab antiquo *arn*, *aran*, *arno*, meſſis.

AVENTUERE. Ebentheuer, Gallis: *aventure*, periculum, expeditio periculi plena, dubiique eventus. Vocabulum incertae originis; opinabile tamen eſt, à Latinorum *eventura* deſcendere. *Richey Idiot. Hamburg.* pag. 361. edit. recentiſſ.

B.

BEHALTEN vocabulum forenſe, probationem plenam, & victoriam cauſae indicans. *Jur. Prov. Sax*, L. III. art. 27. *ein man mag bas ſein ehelihe geburt vnd ſein recht behalten denn man in mit gezeugen davon geweiſen mag.* In latino: quiſque quod ſit legitimus & pleni iuris *cum teſtimonio probaturus*, facilius auditur, quam propter teſtimonium cuiuſcunque id ei abiudicetur. praecipue vocabulum hoc in proceſſu feudali ſolenne. *Kayſer-Recht* P. III. c. 13. *Jus Feud. Saxon.* cap. 63. *die Manſchaft und der leute dienſt, ſo darzu gehoeren muß der Man bey ſeinem Eyde behalten.* idem ſignificat, ac *behehen*, *behaben.* Conf. *Jus Feud. Alem.* Cap. 16. item cap. 26. & *obtinere cauſam.* I. F. 4. §. I. F. 12.

BEHEYNDICHEIT. Behaendigkeit induſtria, & prudentia adplicandi cautiones iuris ad negotia.

BELEYDEN circumire, viſitare, *Beleydung*, circumitio, viſitatio, a *leiten* ducere.

BENEUNEN benennen. nominare auctorem, ac litem illi denunciare.

BEREYDEN. parare, praeparare. *bereydes* vel *bereitetes Geld* pecunia parata, vnde tandem *baares Geld. Reiten* parare.

BERVE vocabulum antiquum. *biderver*, & *bederver. Schiltero* teſte in *Gloſſar.* pag. 106. ſignificatio primaria, *utilis;* ſecundaria, *probus. Cod.* III. *Richtſtichs: bedir worhaftig Man.* vir probus & verax. hinc *Biederman.*

BESCHEIDENHEIT ſignificat (a) moderationem *Kayſer-Recht* P. II. Cap. 4. (b) tempus, quo homo annos diſcretionis attingit. eod. P. II. c. 6. & 17. (c) ſtudium obſervandi leges. eod. P. I. cap. 50. (d) fundamenta uel actionis uel exceptionis. eod. P. IV. c. 3. (e) exercitium officii iudicis. hinc: *der ſtete beſcheydenheit walten.* hinc etiam formulae: *des Rechts beſcheiden*, *Beſcheid geben.*

BORGTUCHTE. Borgezoge Burgezuich. Borgtuchte. fideiuſſio. vid. *Ziehen.*

BRAKE. Braken. brechen frangere, violare. *den vrede braken.* ſecuritatem & pacem violare.

BROKE maleficium imo corpus malefici, ob maleficium ſupplicio ſubiectum: *ſyn lyf is ſyn broke. gebroken*, ſupplicium promereri,

BUEREN Buren Bauren, ruſtici forſan a vocabulo *boeren* vel *buren* movere, conari. *Burmeſter*, *Bauermeiſter*. Scultetus.

C.

CZUGRECHT. vid. *Zugrecht.*

D.

DAGEN potius *Tagen* terminum iudicialem praefigere.

DICK ſaepe. *allerduckſte* ſaepiſſime.

DING. Thing. vocabulum notiſſimum ſignificans iudicium; latinitate medii aevi dicitur. *plebiſcitum*, *placitum commune*, *placitum terrae*, *mallus publicus*. hinc *Greveding*, *Goding*, *Voigtding*, *mallare*, *admallare*, *mallatio*, *mannitio*. Notiora haec ſunt, quam ut ea hic pluribus explicare neceſſum ſit.

DINGPFLICHTIGE. homines ſub iurisdictione aliqua viventes, quorum erat venire ad iudicium, quando id celebratur. Dicuntur etiam Mallenſes & Malmanni.

DINGSATE. occurrit hoc vocabulum *Cod. I. des Richtſtichs* cap. I. *Cod. II.* habetur *dinkſete* & *Cod. IV. dingſchlecht.* Editio Ludovici habet: *Dingslete*, & ita etiam Codex Lipſienſis & Quedlinburgenſis. *Jur. Provinc. Saxon.* p. 126. edit. perilluſtris de GAERTNER. Ab hoc plane recedit Editio *Jur. Prov. Saxon. Loſſiana* an. 1545. *der Richter ſol fragen, ob er gebieten müge Dingens laub, und verbieten vnluſt.* in quem locum gloſſa ita commentatur: *das iſt das niemand ſol hinweg gehen on vrlaub vnd ding reumen, ehe das Geding aufgegeben iſt, das iſt geſaget den Schoepffen, den Klaegern vnd Antwortern.* i. e. neminem debere ſine licentia abire, & iudicium derelinquere, antequam hoc miſſum ſit; idque praecipi Scabinis, actoribus & reis. Cum hoc iterum non congruit verſio latina, quae ita habet: *iudex interroget, ſi ei tumultus & indiſciplinata in iudicio liceat prohibere.* Cum manuſcripti Codices omnes doceant, iudicis eſſe, prohibere *Dingſate* vel *Dingslete*: certum eſt, denotari hac voce rem indecoram. Perilluſtris de *Gaertner* in annotatione ad locum ſupra allegatum docet, Anglo-Saxonibus *Lath* & *Laath* ſignificare ingratum & invitum, inde ductum *lete* & Gallorum *laide*, Germanorum *leidig* ſive *ledig*. & ſane in Saxonia inferiori *leeg* adhuc hodie ſignificat malum, improbum, v. g. *leeg geld* moneta falſa. *Richey* Idiot. Hamburg. voc. *leeg*. quo loco celeberrimus *Grammius* annotavit: *leeg* Danice ſcribi & efferri *leed*, forte ab Anglo-Saxonico *lad odioſus*, item *iniuria*. ex quibus ſignificatio vocabuli *dingslete* manifeſta eſt. Sed quid ſibi vult *Dingsſate*? Saxonum *ſate*, *ſade* ſignificat ſedem, quietem; vnde ſequitur: *dingſate* denotare ſtatum iudicii quietum. Sed eratne hic prohibendus? Nequaquam. Forſan ergo ſubeſt in textu error & vitium ſcribentis, qui loco *Dingslate* ſcripſit *Dingſate*. Ceterum in veteri Gloſſario manuſcripto vocabulorum ſpeculi Saxonici, quod in bibliotheca perilluſtris Baronis de SENKENBERG aſſeruatur, vocabulum *Dingslete* ſic explicatur, *dat nement en wech gha van deme Richte ſunder orlef, neminem debere iudicio exire ſine licentia*; qua in re & gloſſarium memoratum & gloſſa conueniunt. Gloſſarium hoc, ut id obiter notemus, eſt ſeculi XIV. explicatque vocabula Speculi Saxonici ordine Alphabetico. hinc in principio prae ſe fert nomen: *dat abcete des Speygels van Saſſen:* & clauſula finalis eſt: *hir hefft dat abcete des Saſſen Speygels enen ende dat vns Got an vnſeme leſten ſynen hilgen engel ſende, de vns alſo mote bewaren dat we mit em vor den Speygel der hilgken drevaldicheit den ewelikem to beſchouwende moten varen. Amen.*

E.

EBENBURT, *evenburt*, comparitas, vocabulum notum. de generibus eius agit *Gloſſa* ad art. 73. Jur. Prov. Saxon.

ECHTE NOT. impedimentum legitimum, a voce *echt* lex.

EN particula negans *im Richtſtich* ſaepiſſime obuia. Eſt adhuc in compotis v. g. *entſezen*, *entehren*.

ERB-

ERBGüTER. bona hereditaria, non ſolum ſunt, quae aliquis pleno dominii iure poſſidet; ſed etiam, quae ea conditione habet, ut ex illis certum canonem vel certum cenſum annuum praeſtet. *Kayſer-Recht* P. II. cap. 99. ita etiam in charta Buggonis, Epiſcopi Vormatienſis dicitur: *Praepoſitum Gotfridum de S. Martino locaſſe fratribus in Schonaugia praedium eccleſiae ſuae in Bliggersforſt IURE HEREDITARIO SUB ANNUA PENSIONE XV. SOLIDORUM IN PERPETUUM.* perilluſtris de GUDENUS *Sylloge Diplom.* pag. 6.

F.

FERTO, *fertun*, *ferting*, *Vierdung*, *Vierding*, *Vurdung* denotat quartam partem monetae. quando ſine adiecto legitur, ſignificat quartam partem librae uel Marcae argenti. Marca nempe diuidebatur in ſemiſſem, & quadrantem, & hic nominatus *ferto*. Conf. A. B. Caroli IV. Imp. cap. 29. §. 2. *Friſius* im *Munz-Spiegel* pag. 154. Chartae an. 1294. & 1392. in perilluſtris de GUDENUS *Cod. Diplom.* Tom. III. pag. 723. & 601. *Comment. de Origin. ac Antiquit. Muhlhuſae* pag. 157. Valor ergo fertonis varius pro diverſitate valoris marcae vel librae argenti. Sic, auctore *Schlegelio* de *Numis Gothanis* pag. 61. edit. 1717. ferto conſtitit 14. ſolidis & Marca 56. ſolidis. Illuſtris *Eſtor* in *den Anmerkungen uber das Staats - und Kirchen-Recht* §. 538. not. V. *Computabant*, inquit, *Saxones*, *DREY SCHILLINGE SOLLEN EINEN HALBEN VIERDUNC WEGEN. Ferto quarta pars librae vel maioris vel minoris; ſi minoris ein halber Vierdung drey groſchen; ſin maioris, ein halber Vierdung* $1\frac{1}{4}$ (potius $1\frac{1}{2}$) thaler.

FINSTERNISS exprimitur hac voce im Kayſer-Recht notio *carceris*, cui ſignificationi occaſionem dediſſe videntur loca Sacrae Scripturae Matthaci VIII, 12. XXII, 13.

FORDERN, petere, exigere. fit vel *mit recht*, iudicialiter, iuris ordine ſeruato, vel *mit fehde*, auſu priuato, & violentia. ita in charta an. 1392. allegata a perilluſtri L. B. de SENKENBERG *in flor. ſparſis ad Jus Auſtraegar.* in adj. n. 16. p. 117. Kunzel Korben & Conſortes promittunt: *daſs ſie die Anſprache, als ſie zu den von Diedenheim haben mit dem Recht und ohne fehede fordern wollen.*

G.

GAEN geben vocabulum quidem haud obſoletum, cuius tamen vſus forenſis, praecipue in compoſitis, hodie infrequens, *entgaen* ſignificavit, actione vel accuſatione abſolvi. *overgaen einen in der Klage* actione aliquem vincere.

GANERBEN. (a) Condomini *Kayſer Recht* P. III. cap. 2. Erbe enim Germanis eſt *Dominus*. (b) heredes mutui & ſocietate iuncti. (c) coheredes. *Schilter* Gloſſar. h. v.

GEBAUER. Colonus & incola loci cuiusdam communis. *Wachter* Gloſſ. h. v. conf. *Bueren.*

GELVIEDE. Gelobede (a) *gelubde*, promiſſio, (b) conſenſus, a *loben*, ſpondere, ſtipulari.

GERUCHTE idem ac *Geruffte*. Clamor ob violentiam ſublatus. J. P. S. Libr. II. Tit. 71. dicitur etiam *Geſchrey*. Cap. 36. *des Richtſtichs*, quamvis Cap. I. *eiusdem Geruchte & Geſchrey* ab ſe invicem diſtinguantur. forſan, accuratius loquendo, *Geſchrey* dictum, quando aliquis qui violentiam patiebatur, in inſtanti clamabat. Ita in *antiquiſſimis Statutis Mulhuſanis* feminae ſtuprum violentum perpeſſae, praecipitur: *das ſy ſich weri mit geſchregi vnde ſal diz geſchrege mite volge biz an den Richtere ſva ſu den vindet.* *Geruchte* vero cum violentiam paſſus, facinoroſum perſequens, clamore *Zetter* (i. e. ad arma! ad arma! *Zetter* enim arma ſignificare opinabile eſt) aliorum auxilium, vt armis ſumtis in adprehenſione malefici ſe iuuarent, inclamaret. *Vocabularius* editioni Loſſianae Speculi Saxonici

adiunctus: *Gerüft das iſt Zettergeſchrey das vber einen gehet, der vngericht vnd vbel thut, oder den man peinlich richten wil.*

GERUCHTE ROEPEN. clamare *Zetter beruchtigde Man* homo, in quem clamatum eſt *Zetter.*

GESCHREY vid. *Gerucht.*

GEWERE vid. *Were.*

GRüSSEN (a) compellare, ita in *Speculo Saxon.* Libr. II. art. 61. *die hunde grüzen* canes inſtigare cum impetu quodam & vehementia; Celeberr. *Grupen Teutſche Alterthumer* pag. 80. grüſſen am *wege des Gerichts Kayſer-Recht* P. I. cap. 28. (b) provocare ſolenniter ad ineundum certamen ſingulare. *Kempfflich grüſſen* qua de re copioſe & erudite egit *Grupen* c. l. a. pag. 80-93.

H.

HUBA. hube, hufe, hoboma, haftuna, fundus ruſticus ab *hiwan* formare, fabricare. *latine manſus* a manendo, quia in eo habitabat colonus. *Schannat Buchon. Vet.* cap. I. *Fontanini delle Maſnade* in Celeberr. *Eſtors* Kleinen Schrifften Tom. I. pag. 294. *ſeqq. Hube* & *Hof* diverſa eſſe videntur *Wachtero* in *Gloſſar.* voc. *Hube*, ex cuius ſententia *hof* domum vel aedificium in fundo; *hube* fundum in praedio, vel modum ac menſuram agri denotat. Ceterum *Curiae, Curtes*, die *Hoeffe*, fuere vel *dominicales*, vel *minores*, quae etiam *vorawerke* dictae. Ea ratione diſtinguuntur curtes in charta *Henrici IV. Imperatoris* an. 1059. in *Lünigii Spicilegio eccleſiaſtico* P. II. pag. 721. qua traditur Eccleſiae Paderbornenſi *Curtis vna dominicalis* Puningum dicta, cum *tribus minoribus* quae vulgo dicuntur *vorawerch.* Curti vel Curiae Dominicali curtes minores adſcriptae, ſedes colonorum, hubariorum ſeu manſionariorum, vnde vox *Siedelhof, Selehove, Sedelhof, Dienſt-* aut *Dingpflichtige Hoefe* ex eo nominatae, quia ſuberant Curiae Dominicali (cui praeerat *der Hoch-Hübner, villicus Scultetus*, *Meyer*, conf. perilluſtris L. B. *de Senckenberg* in *florib. ſparſis ad Jus Auſtraegar.* §. 6. nec non *der Vogd Jus Caeſar.* P. II. cap. 115. *der Richter von dem Ding- vel Dinſthof vel Dinſtgericht* eod. cap. 114. 115.) & illi ſervitia praeſtabant. quo loco notandum, *ſervitia, Dienſte*, non ſemper ſignificare operas, ſed praeſtationes quaſcunque, ſive in frugibus, ſive in pecunia vel alia re conſtiterint. Compar. *Regino* d. *Diſciplina eccleſ.* Libr. I. cap. 24. vbi manſus dicitur integer abſque vllo ſervitio, i. e. immunis ab omni praeſtatione. *Coloni* ſeu *Hubarii* vel incolae pagi, in quo Curia dominicalis, *die in dem dorf in der Termynyunge wohneten*, vel extranei; qui tamen Curiae dominicali erant ſubiecti. De his agit *Jus Caeſareum* P. II. cap. 114.

K.

KERSTEN Chriſtiani.

KUMPANE ſocius *Geſelle*, *Compagnon.*

KYVEN Keiffen jurgari.

M.

MARCA, Mark vocabulum hoc varias habet ſignificationes; denotat enim (a) limites, ſeu fines (b) diſtrictum quemdam hinc Dorf-Mark Feldmark (c) certum pondus auri vel argenti. *Schilter Gloſſar. Teuton.* h. v. pag. 574. (d) ſilvam, vnde *Wachter Gloſſar. Germ.* pag. 1048. Vnde

MARKFLEK vicus e ſilva exciſus. vltima ſignificatio occurrit in *Jur. Caeſar.* P. II. c. 94. vbi de ſilvis communibus agitur. illi qui ſilvas huiuſmodi communes poſſident, dicuntur die *Märkere*, quandoque etiam die *Waldgenoſſen* die *Laubgenoſſen.* Conf. *Jo. Jacob Reinhard* d. Jure foreſtali Germ. *Phil. David Schazman* de iure & iudic. commun. quae veniunt ſub nomine marcarum in Wetteravia.

MARTEZAHL occurrit in *Jur. Caeſar.* P. II. cap. 75. dicitur etiam Märzal rata portio ſecundum proportionem. *Schilter* Gloſſar. h. v. In *Statut. Mulhuſ.* Lib. IV. Art. 21. §. 3. vbi de aere alieno contracto durante ſecundo matrimonio agitur, perhibetur: daſs

daſs die Bezahlung der Schulden, im fall die Errungenſchaft nicht hinlanglich, von beyder Eheleute geſamten übrigen Vermoegen zu beſchehen, nach *proportion oder Markzahl* einzurichten ſey, alſo daſs wenn der Mann oder Frau gegen ſeiner reſpect, Frauen oder Mannes Vermoegen zweene drittheil werth an Guthern hat, ſeine oder deroſelben Erben auch zu zweenen Drittheilen in Bezahlung der Schulden dieſes Falls zu concurriren habe.

MER particula aduerſatiua *aber* Belgarum *mar*.

MUTSCHAREN item Mutſchieren, permutare, mutare, a verbo: *mutin*.

N.

NOITZUCHT. *Notzucht* a voce *Not* violentia, periculum & *ziehen* vel *beziehen* irruere, item *NOTNUNFT* à *Not* & *nehmen* rapere, denotat omnem violentam inuaſionem, in primis vero raptum. Conf. *Hertius* de *Superioritate Territ.* th. 57. in not. *Schottelius* de ſingular. in Germ. Jur. cap. 14.

O.

ORDELVYNDERE. Inventores ſententiarum, ſeu illi, qui ſententias ad interrogationem iudicis in iudiciis dicebant; i. e. Scabini. *Gloſſa* ad art. 78. Libr. III. *Jur. prov. Saxon.* copioſe de quaeſtione diſputat, utrum hi iudices dicendi ſint nec ne? & tandem concludit, eos non eſſe iudices; quia ſententiae illorum ſine conſenſu & adprobatione iudicis, banno iudiciali inueſtiti, effectu minime potiantur.

S.

SEGELOZ ſignificat idem ac ſiegelos, is qui cauſa cadit. Ita in Libro *Hans Tallhoefers* de modo ineundi certamina ſingularia, ex quo Celeberr. *Dreyer* in der Samlung vermiſchter Abhandlungen P. I. pag. 164. ſeqq. varia publici fecit iuris, inter alia haec habentur: welcher Kempfer vſs dem Ringe kumpt, er denn der Kampf ain ende hat, den ſol man ſigeloſs urtailen &c.

SOMIGE LEUTE homines *quidam*, ab antiquo *ſumes* quidam. conf. *Schilter* in Gloſſ. voc. *ſumer ſo*.

STEVELER derjenige der den Eyd *ſtavet* oder *ſtaffet*. *De Staeveren vnd ſtavenden Eeden* copioſe agit Celeberr. *Grupen* Teutſcher *Alterthumer* cap. 11.

STAVENDER EID non eſt iuramentum tacto baculo iudiciali (mit berührung des Gerichts Stabs) ſed iuramentum praeeunte aliquo, verbaque iurisiurandi concepta proferente, praeſtitum. a verbo *ſtav*, *ſtaf*, veſtigium, vnde *fußtaffen*, *ſtaffeln*. iurans enim in praeeuntis verba quaſi ibat, eiusque veſtigia legebat. Ita in charta A. 1553. ap. *Matthaei* de *Jure Gladii* c. 22. vnde hebben mit opperechten vingeren deſen nacvolgenden Eed gedaan, die hem *geſtaaft* vnde *vorgeleſen* worde by monde. *Vocabularius* editioni Loſſianae J. P. S. ſuffixus: *vorſtaben heiſſet einem etwas vorſagen als einen eyd, den der man nachſpricht vnd ſchweret*. *Stevener* ergo is fuit, qui verba iuramenti concepta, a iurante repetenda praeiit. Forſan hic *Stevener* clericus fuit qui reliquias Sanctorum, quibus tactis iurari debebat, in iudicium attulit. Certe in antiquis Statutis Mulhuſanis eo loco, quo de praeſtatione homagii civici agitur, mentio fit clerici des Kirchenherrn, qui reliquias Sanctorum iudicio ſ. Senatui civitatis exhibere debebat. *Orig. & Antiquit. Muhlh.* pag. 253.

SÜNE ſignificat (a) reconciliationem Ausſoehnung, (b) ſententiam, (c) tranſactionem & compoſitionem.

T.

TVEN. *ſchweigen*. *ſich zu einer ſache ziehen*, probare vel ſaltem allegare ſibi eſſe ius in rem aliquam. contrarium eius: *verziehen*.

TWYEN. *ſchweigen*. efficere, ut quis a querela deſiſtat. *nit tweyen* cap. II. *Richtſtichs* ſignificat, in cauſa eſſe, vt aliquis querelam inſtituat.

V.

VERFESTEN, *vorfeſten* proſcribere. J. P. S. *Libr.* I. *artic.* 64. dicitur etiam *verloben*; *verfeſten mit vingeren vnd mit tongen* proſcribere digitis & ore.

ore. In omni iuriſprudentia Germanica ſymbolica *geſticulationes manuum* varias occurrere, notum eſt. conf. Celeberr. *Grupen* Teutſcher Alterthumer cap. I. von Gerichtlichen Verlaſſungen. Quid mirum ergo, idem accidiſſe in proſcriptionibus. formula loquendi adhuc nota : mit mund und hand etwas zuſagen.

VERFLUCHTE; *ſol niemand ſein gut geben.* nemo bona ſua in fraudem creditorum clandeſtine alienet, fluchtſal traditio ſubductitia. Conf. *Jus Feud. Alemann.* cap. 107. *Schilterus* ad h. l.

VERGIFFTET, *unvergifftet gut;* res non dotata. *begifften*, donare. *mitgifft*, dos. *gifft vnd gaben* munera & dona.

VERKOCHT denotat alienationem alicuius rei. *verkochtet gut* res vendita, alienata,

VERLOVEN ſignificat (a) idem ac *ver-* ſeu *vorfeſten* proſcribere, (b) renunciare *verzeihen.*

VIRDING. vid. *ferto.*

VLEYN. flüchten. rem aliquam amovere, occultare.

VOLKOMEN. idem ac probare, demonſtrare, *mit dem Richter volkomen* per iudicem demonſtrare.

VOREBILICHEN, *freventlich*, *doloſe. die haende vorebilichin leyn*, doloſe ac petulanter manus injicere.

W.

WARLOISS LATEN. alicuius non habere curam. *verwarloſen.*

WEDERSTANDING reparatio, reſtitutio. *Wiedererſtattung.*

WERBE, *werp*, *werf*, *warf*, vocabulum forenſe, terminum iudicialem ſignificans. *drydde werf vordagen* tertia vice terminum ſeu diem iudicialem alicui conſtituere. Ita in *Reinke Voſſ* L. I. cap. 14. ſo ſchal men doch vrierecht dragen. Man ſchal en DRYDDE WERF vordagen alſe men eynen vryen Manne plecht &c. Confer. *Jus Feud. Saxon.* Cap. XXXII. §. 18.

WERE. waere. ware, *gewahre.* poſſeſſio. *eine Rechtliche gewahr an dem gute ohne Rechtliche wiederſprache.* poſſeſſio. (per annum & diem) efficax & juſta ſine contradictione continuata. J. P. S. Libr. II. art. 42. *Waere* ſignificat etiam eum qui evictionem praeſtat, ſ. *warendatorem*; *Ont-* ſeu *entwaeren* poſſeſſione deiicere, deſcendit vox à *wahren* defendere.

WEHRGELD poena pecuniaria legibus ſancita, qua ſoluta aliquis a perſecutione iudiciali tutus redditur.

WETTE mulcta, *wetten* praeſtare ſeu ſolvere mulctam. J. P. S. Libr. III. art. 64.

WILLKüHREN eligere quid bonum videatur.

Z.

ZIEHEN, vid. *tyen.*

ZUG. Zugrecht. Zeugenrecht, diſpoſitio, num aliquis ad teſtimonium dicendum habilis ſit. opinabile eſt, *vocabulum Zeugen* deſcendere a *zieben*,

ZEIHEN. vid. ſupra *tyen*; conf. von *Stade* Erhlaerung der vornemſten teutſchen Woerter deren ſich D. Luther in der Ueberſetzung der Teutſchen Bibel gebrauchet. p. 749.

ANNO-

ANNOTATIONES
AD
LOCA QUAEDAM OBSCURIORA
JURIS CAESAREI
IN PART. I. & II.

PROLOGUS.

Pag. 3. *Unn Argeliſt an den guden luden icht vorgang hette.*

Forſan in Translatione latina poſt verb: *Calumnia*, addi poſſet:

„ Coerceri poſſet, boni vero a circumuentionibus defenderentur, ne „ imperio à malis damnum naſceretur. „

Ibid. ad verba: *Dorome rode ich.*

Hæc verba ſpeciem gloſſematis referunt, quod e nota marginali textui irrepſerit; interea verba

met rechtem orkunde,

emphatik ῶs poſita uidentur, vt proinde translationi latinae poſt verba: „ imperiali „ auctoritate „ addi poſſet vocula *rite* conditum, vel etiam paraphraſis:

„ eo modo, vt omnibus de enixa „ Imperatoris voluntate conſtaret, „ conditum. „

PARS I.

Pag. 4. ### CAP. I.

in fin. *daz gerechte.* in translat. Lat. loco: *judicium* forſan: „ id quod iuſtum. „

Ibid. ### CAP. 2.

by des riches boldin. forſan in latin: „ ſub religione obſequii Impe„ rio debiti. „

EOD.

des bittern Slages. fortaſſis hic legendum *fluges*, i. e. fluchs, banni, proſcriptionis. verbis enim ſequentibus effectus banni Imperialis traduntur. Quodſi lectio haec placeret, in translatione latina loco „ acerbae morti „ legi poſſet: „ acerbo banno. „

CAP. 3.

Pag. 5.

verb. *der iſt ewiglich verloren.* forſan: *diz* vel *daz is ewiclich verloren.* vt ſubiectum propoſitionis non ſit pars agens, ſed cauſa ipſa, in iudicium deducta. ad verba: *ſind geſchribin ſtet:* verba translationis: „ In jure Imperii, „ in Germanico non habentur.

CAP. 4.

Ibid.

Idem, quod caput hoc continet, habent Statuta Muhlhuſina L. I. art. 79. Entſchiedene Sachen, ſoli niemand wieder erregen.

CAP. 5.

Ibid.

ganz ſurgunge. Sorgung, Sorgſamkeit, aufmercken. forſan in Translat. Lat. loco „ ſummum ſilentium, „ ponendum „ attentionem omnem. „

CAP. 6.

Pag. 6.

verb. *griſsgrawiger Man.* forſan legendum: *griſsgramiger Man.* Vocabulum ex antiquitate notum. quodſi lectio haec haud improbabilis videatur neque MSS. aperte repugnet, translatio latina ita formari poſſet: „ iudicem eſſe „ debere hominem *ſeuerum*, inſtar „ leonis, in quo nulla ſit *reprehenſio.* „

CAP. 7.

Ibid.

verb: *anegriffen mag dorch dez rechten willen, biß vff &c.* limatiori iudicio ſubmittitur, an non in translatione latina verborum horum mens ita poſſit exprimi: „ apprehendere „ poſſit, iure ita iubente, donec „ Scabini ea de re pronunciauerint: „ aliter vero non. „

ob verba finalia: *weder den Keyſer*, addendum in latina Interpretatione:

„ intuitu Imperatoris. „

CAP. 10.

Pag. 8.

wo die ville iſt, do do iſt Irrunge. „ ubi multitudo, ibi contentio. „

ibid.

ob keyn geſworen wandelbare Menſche &c. „ Imperator iuſſit ſi quis juratus „ quidem, ſed improbus ac reprehenſibilis adſit, tunc reliquos iu„ ratos &c. „

CAP. 11.

Pag. 9.

Kyin eynen bodin. ſine dubio legendum: *Kyſin eynen bodin.*

CAP. 12.

Pag. 10.

verb. fin. *darume daz eyn wolredenne Man.* „ ne homo eloquens „ verboſitate ſua opprimat illum qui „ cauſam ſuam &c. „

CAP. 13.

Ibid.

verb. fin. *der engibbit dem Keyſer.* forſan hic latet mendum in textu, & pro *engibbit* vel *yecht* legendum: der *enczbüt* (conf. rubr. Cap. 41. vbi vocabulum hoc occurrit) *dem Keyſer* &c. i. e. hat kein Zutrauen, daß der Kayſer Recht ſprechen werde. „ ille re ipſa ſignifi„ cat, ſe non confidere, ab Impe„ ratore iuſtitiam ſibi adminiſtratum „ iri. „

CAP. 14.

Ibid. CAP. 14.

De vera huius Capitis ſententia ſatis quidem conſtat; ſed verba in textu Germanico paulo obſcuriora forſan hunc ſenſum habent:

„ Quae iudici & Scabinis antea iam
„ nota ſunt, ea ſecundum ius im-
„ perii non opus habent actione ſo-
„ lemni in iudicio inſtituta. Quan-
„ do enim conſtat, alterum alteri
„ ad præſtandum aliquid obligatum
„ eſſe; iudex autoritate Imperato-
„ ris executioni illud mandet. ſin
„ vero iudex hac ratione procedere
„ nolit, iudicet tamen eum in mo-
„ dum, acſi cauſa, praeſente Impe-
„ ratore, tempore legaliter definito
„ perorata eſſet. ſiquidem ſcriptum
„ eſt: Imperator vbi de veritate illi
„ conſtat, judicet ſine forma pro-
„ ceſſus. „

CAP. 15.

Pag. 11.

verba: *eygen oder erbe.* indicare uidentur bona vel „ compa-
„ rata, „ vel „ auita. „ Certum eſt vocabulo. *Erbe*, in ſtatutis antiquis ſaepe bona auita, in quibus ius retractus locum habeat, denotari.

CAP. 17.

Pag. 12.

Rubrica Capitis forte ita concipienda:

„ Si de peregrino conqueratur ci-
„ vis. „
„ quando autem civis de peregrino
„ conqueritur. „

CAP. 19.

Pag. 13.

Daz ſe wiſſin, daz her ſyne tage her habe bracht med beſcheydenheide.

„ ut ſciant annos eum attigiſſe di-
„ ſcretionis &c. „

CAP. 29.

Pag. 17.

verb. verſ. lat. „ de bonis aut
„ quocunque Cauſa &c. „ addi poſſet: „ quæ non ad iudicium Impera-
„ toris delata eſt &c. „

PARS II.

CAP. 14.

Pag. 28.

Textus germanicus loquitur tantum de filiabus filiorum ſeu neptibus ex filiis.

CAP. 15.

Ibid.

verb. „ quod ſi nihilominus fiat „ addendum forte: „ liberisque
„ inde damnum inferatur. „

Porro.

ibid.

annon verba finalia ita transferenda:

„ Siquidem ſcriptum eſt in iure Im-
„ perii: Patres! tenete praeceptum
„ Cæſaris intuitu liberorum ita, vti
„ Imperator illud conſtituit. „

CAP. 24.

Pag. 32.

loco: „ cui de propriis aut emphy-
„ teuticis bonis, „ poni poſſet:
„ de comparatis propriis, aut aui-
„ tis hereditariis bonis. „

CAP. 51.

Pag. 45.

loco: „ emphyteutica „ forſan
„ auita. „

CAP. 90.

Pag. 62.

Cum verba textus:

vor dez Keyſers Ougen med ſynygem Munde &c.

ad ſubiectum periodi:

Eyn iclich Man der &c. &c.

referenda eſſe videantur, forſan hic ad actum reſignationis bonorum in iudicio reſpicitur, eo effectu, ut omnis poſſeſſio clandeſtina excludatur.

CAP. 91.

Pag. 64.

„ excuſatione opus habet. „

addi poſſet:

„ eam demonſtret per nuncium fide
„ dignum. „

Ibid.

nod bodin, terminus mihi incognitus, forſan legi poſſet:

vron bodin.

Ibid. verb. „ nuncio fidem non ad-
„ hibente actore, is „

addi poſſet:

„ ſuper reliquiis Sanctorum jura-
„ re &c. „

CAP. 119.

Pag. 86.

vff dez Keyſers Stroſſe.

Occurrit haec locutio paſſim in chartis in Thuringia olim datis; attamen de vera eius ſententia mihi adhuc non conſtat.

INDEX

INDEX
RERUM PRAECIPUARUM
IN
CODICE
JURIS CAESAREI
CONTENTARUM.

A.

ABSENS.

Nullus iudex de quacunque cauſa adverſus abſentem procedat in iudicio, excepta criminis cauſa, aut ſi extra Judicium fruſtra ſit interpellatus. Part. I. Cap. XXIX. pag. 17

Si quis peregre profectus ſit, & hereditas ei deferatur interea, hac non poteſt privari, ſed reverſo jus eſt eam poſcendi adhibitis teſtibus, II. LXII. 55

Si reverſus taceat, nec ſua requirat, ſua omnino perdit. Ibidem.

Ei etiam reverſo, & ſtatim iterum profecto, currit præſcriptionis tempus legitimum, & ſi reverſo denuo poſt illud elapſum nihil Juris eſt in bonis. ibid.

Trium dierum itinere diſtans, talis creditur, propius vero abſens domi eſſe cenſetur. ibid.

ACTOR.

Antequam actor adeat judicium, rite ponderet actionem ſuam. I. III. 8

Quilibet actor in judicio proponere debet injurias, quas ab aliis pertulit; quod ſi non faciat, ea mulcta tenetur, qua afflictus fuiſſet, qui pacem violavit. I. XIII. 10

Qui actionem movet in judicio, juret ſe de jure ſuo perſuaſum eſſe, & quod hæc non agat dolo, aut rixandi cauſa, vel ut damnum inferat. I. XIII. 14

Actori incumbit, ut Fidejuſſores de lite ad finem usque proſequenda conſtituat. ibid.

ACTIO.

de bonis ſtabilibus, liegende Güter.

Quomodo inſtituenda? II. CVII. 72

Quando non amplius dicatur Interpellatio, ſed actio ſecundum Jus Cæſaris. ibid.

Poſt actionem motam jus ſuum actor urgere debet intra ſtatuta a Cæſare tempora. ibid.

de mobilibus & actionis dilatio.

vide CREDITOR MOBILIUM.

ADULTERIUM.

Quomodo vindicetur? II. XXII. 31

Uxor eodem jure gaudet. ibid.

Si uxor ad exterum in ejus ædes ſe conferat, & illic cum eo rem habeat, adulter nec marito nec ulli alii tenetur, excepto ſoli Deo. ibid.

Uxor in alterius ædes ſi clam diverterit, licitum eſt marito eam domo expellere, ita ut tota vita ſua omnibus bonis privetur. II. XXIII, 31

Maritus ipſe vindictam exercens, ſi valetudini uxoris noceat, uxorem retinere cogitur. II. XXIII. 32.

Si expulſa uxore aliam ducat, crimen crimine compenſatur, maritusque uxorem recipere tenetur. ibid.

AEDES.

vid. DOMUS.

AGGRESSOR.

Qui alium aggreditur extra Judicium, necari debet. I. XXV. 20

ALIENATIO. German. *Fluchtſale.*

Haud licet bona ſua ſuffugii cauſſa dare in alterius poteſtatem. II. CX. 74

Conf. TESTAMENTUM. TRADITIO BONORUM INTER VIVOS WARANDA.

ALLODIUM. Conf. HUBARIUS PROPRIETARIUS..

Quicunque habent dominia, ſciant, quicquid habent, fuiſſe & eſſe Imperii, & ſi injuſte procedant, Jus Imperii

perii eorum bona & feuda Cæſari iterum addicere. II. XXV. 32. 33
Quicunque bona feudalia aut allodialia occupat, in quibus nec ipſi nec parenti jus fuit, contra Imperium facit, & ſi in iis bonis deprehendatur, judicio eſt coërcendus. II. XXVI. 33
Si miniſterialis feudum pro allodio vendat, ſine præſcitu Imperatoris, coram hominibus in illo pago habitantibus, hoc vero celetur eum qui emit, & ille bonum poſſideat anno ſine interpellatione; Imperator nihilominus hoc bonum evincit, ſi hubarii ſciant hoc bonum Imperatoris fuiſſe. II. CXX. 89. III. XXXII. 110
Si vero hubarii neſciant hoc bonum moviſſe ab Imperio, & ſciant, eum, qui vendidit, ſemper credidiſſe rem venditam ſuam proprietatem eſſe, tunc is, qui emit & poſſidet, retinet prædium, etiamſi Imperator jus ſuum mille miniſterialibus probet, qui extra illum pagum domicilium habent. II. CXX. 90
Si civis Imperii de bonis conveniatur, ſive allodialibus, ſive emphyteuticis, reſpondere non tenetur nec verbo nec facto, niſi prius coram præfecto ſuo conventus fuerit. IV. II. 113

ANNI DISCRETIONIS.

Anni plenæ in judicio diſcretionis ſunt viginti quatuor minimum. I. X. 8
Sunt apud filium duodecim, & apud virginem quatuordecim anni. II. XVII. 29
Annis duodecim Imperator alios duodecim adjunxit, quod facit viginti quatuor, qui tamen in Jure non obſervantur. ibid.
Infra annos diſcretionis conſiſtentes, ad nihil ſe obligare poſſunt, quod ipſis nocere queat. ibid.
Annis major ex promiſſo ſuo tenetur. ibid.

ARRESTUM.

Quid agendum ſit impetranti arreſtum? I. XXXI. 18
Arreſtato ſemper nunciandum eſt, quamprimum Arreſtum bonis impoſitum, ne ſua perdat. I. XXXII. 19
Arreſtatus ſi compareat, & ſua defendat, eo ipſo ceſſat Arreſtum. ibid.
Ubi quis ipſe habitat, ibi bona ejus Arreſto ſubjici nequeunt. ibid.
Nemo arreſtet, niſi altero prius citato. I. XXXIII. 19

B.

BANNUM IMPERIALE.

ejusque effectus.

Conf. MALEFICIUM.

Sine diſtinctione emittitur in immorigeros, qui judiciorum adminiſtrationi in Imperio adverſantur. I. II. 4

BONA,

et eorum amiſſio.

Quilibet bona poteſt amittere, ſi jura ſua non obſervet intra legitima tempora legibus conſtituta. II. XCIII. 66. II. CVII. 72

Caduca.

vid. CENSITICA BONA.

Cenſitica.

vid. CENSITICA BONA.

Communia conjugum.

vid. VIDUALITIUM.

Emphyteutica.

vid. EMPHYTEUSIS.

Feudalia.

vid. FEUDUM.

Hereditaria.

vid. HEREDITARIA BONA.

Immobilia illata conjugum.

Maritus & uxor bona immobilia inferentes, de quibus pactum nullum inierunt, ſi absque liberis moriantur, bona eo, unde devenerant, revertuntur. II. XCVI. 67
Si unus alteri bona ſua dimittit, heredes præmorientis excluduntur ab heredibus illius, qui ſupervixit. ibid.
Si conjuges bona immobilia matrimonio inferant, & prolem progignant, bona præ defuncti in prolem tranſferuntur. II. XCVII. 67
Si proles decedat, pater aut mater ſuperſtes ei ſuccedunt, atque bona in ſuos heredes transferunt. ibid.

C.

CAPTIVUS DEBITI CAUSA. Germ. *Zu Hand und Halfftter geben vor Schulden.*

1.) Quem Imperator tradidit pro nomine tanquam homo habendus eſt. I. XXV. 16.
2.) Singulis quatuordecim noctibus in Judicio exhibendus, ut homines videant eum humaniter detineri. ibid.

CASUS.

Damnum illatum caſu aliquo, qui evitari potuiſſet, emendari debet ſecundum Jus Cæſaris, II. LIV. 46

Si

Si nemo præter Deum ſolum illud præcavere poſſet, is, cui illud contigit, ferre debet. II. LIV. 46

CAUSA.

Conf. CONTUMAX.

Cauſa in judicio cœpta, illic etiam progreſſum ſuum habere nec omitti debet. I. III. 4

Cauſam omittens, omni jure ſuo cadit. I. III. 5

Cauſam deſerens, injuſtitiam ſuam confitetur. ibid.

Nemo ſuper eadem cauſa bis judicandus. I. IV. 5

Qui cauſa cadit apud Cæſarem, nullam in parendo dilationum conſequitur, ne denuo agere opus ſit. I. XXIV. 15

INIUSTA.

Injuſtam cauſam foventi præcipiant, qui poteſtatem judicandi habent, ut a cauſa deſiſtat. II. LXXXII. 59

Ter monitus, ſi hoc non faciat, judicatur ſecundum jura criminalia. ibid.

CENSUS.

Quem aliqui ſolvebant Imperatori, lege concedebatur locis piis, etiam ſingulis, quibus benefaciebat Imperator. II. LV. 47

De propriis bonis.

vid. EMPHYTEUSIS.

CENSITICA BONA.

Conf. CURIA DOMINICALIS. EMPHYTEUSIS HUBARIUS.

Qui bona a Cæſare habet pro Cenſu, quousque id, quod debet, domino præſtat, a Cæſare ex turbari nequit ex prædio. II. CX. 74

Qui vero bona devaſtet, eum Imperator Judicio bonis dejicit. ibid.

Imperator poteſtatem habet, ea bona ad ſe recipiendi & cenſitum deſtituendi, quæ ipſe colere vult ſine dolo. ibid.

Si cenſitus prædium Imperatori dimittat, id, quod ſolo inædificavit, Imperatori cedit. ibidem.

Neceſſitatis aut paupertatis cauſa refutantem, Imperator, pro gratia ſua impendio carere non patitur. ibid.

Cenſitica bona habens, quæ probare debeat ad ea conſervanda? II. CXII. 75

Eodem modo, uti id genus bona retinentur, etiam acquiruntur deinde, Jure bonorum propriorum. ibid.

Ubi quis cenſum hæreditarium præſtat, is ſemper cenſitus manet, niſi ſe defendat hominibus, quos Imperator approbavit in curiæ dominicalis judicio. II. CXIV. 78

Quomodo Imperator cenſum amittat? ibid.

Homines, qui bona ab aliis tenent, non habent proprietatem, ſed eo usque bonis inſiſtunt, pro cenſu ſuo, quousque Dominis proprietatis bonorum placent & ſua præſtant. II. CXIX. 86

CENTENAE IUS.

vide CRIMEN. MALEFICIUM. MINISTERIALIS.

CITATIO. Conf. REUS.

Nemo arreſtet, niſi altero prius citato. I. XXXIII. 19

Qui neceſſitate aut paupertate adactus, creditorem fugit, ad judicium ſtatutis terminis haud citandus eſt. I. XXXVI. 20

Actor comparere debet eodem die, quo citatus eſt. III. XVII. 105. XX. 106

In actione de feudo dies conſtitui debet a matutino tempore usque ad veſperam ſuper ſex ſeptimanas & tres dies. III. XIX. 106

Hoc debet ter fieri per miniſterialium citationes. ibid.

CIVIS IMPERII CIVITAS IMPERIALIS.

Imperator illis, qui ſemper fidi fuerant imperio, dabat bona in omnibus provinciis, ubi Imperio maxime commodum erat. IV. I. 112

Quilibet in aliquam imperii civitatem commorandi illic cauſa concedens, poteſt in civem recipi, modo liber ſit. IV. VII. 115

Si vero ſponte & in judicio aliquid promiſit, id præſtare tenetur antequam recipiatur. ibid.

Si caſtrenſis aut caſtrum aliquod amore alicujus caſtrenſis vi utatur, antequam res jure diſcuſſa, & ſciatur num ipſi injuria fiat, Imperator juſſit, ut hoc caſtrum diruatur. IV. XIII. 119

Qui in fortalitia Imperii de novo ſe conferunt, eos eodem Jure Imperator beavit, quod competit iis, qui jam longo tempore illic habitant. IV. XXI. 123

Ad id vero requiritur, ut ad Imperatorem accedentes bonum & malum ſimul laturi ſint, cum reliquis civibus illic habitantibus. ibid.

Qui in civitatem recipi vult, vacet crimine & omni querela alterius. IV. XXII. 123
Si civitas aut pagus certo homini eis conjuncto consilio commiserint negotia sua cuncta, is non potest sibi plus juris arrogare in bonis civitatis aut pagi, quam alius quidam privatus. IV. XXIV. 124
Sed debet esse receptor & curator ejus, quod civitatem in commune concernit. ibid.
Referri debet de omnibus ad eos, qui ipsi potestatem dederunt, quorum deinde est statuere, quæ potestas ipsi ulterius committenda sit. ibid.

CIVIUM ET CIVITATUM IMPERII

Jura & Privilegia.

De non evocando. IV. I. 112
Quod litis contra eos movetur, fieri debet coram eorum præfecto, & in civitate, ubi agunt, ibid.
Eos nullo alio in loco arrestare licet. ibid.
Ne quidem Imperii ministerialis aut quivis alius ad testimonium contra eos habilis est, si agatur de eorum corpore, honore aut bonis. ibid.
Si civis Imperii deprehenditur in ipso facto & Imperatori sistitur, tum in eum pronunciat Imperator, quod factum meretur. IV. I. 113
Dum vero non apprehenditur in ipso facto, & tamen reus illius est, potest se juramento excusare coram Imperatore, si velit. ibid.
Eos Imperator immunes declaravit a duello. ibid.
Etiam non possunt conveniri, nisi coram civibus in eadem civitate habitantibus, ubi vir ille moratur, cui lis movetur. ibid.
Jurati esse debent testes Imperatori in ea civitate, cuius civis est reus, & immaculati in jure civico, & habeant XXIV. annos. ibid.
Ex speciali Imperatoris gratia etiam in placitis Imperii feudalibus sententiam ferre possunt, haud secus, ac ministeriales Imperatoris, quousque cives Imperii sunt. ibid.
Si civis Imperii de bonis conveniatur, sive allodialibus, sive emphyteuticis, respondere non tenetur nec verbo nec facto, nisi prius coram præfecto suo conventus fuerit. IV. II. 113
Si civis bona sibi vendita aut hereditate acquisiti possideat, & aliquis coram Imperatore ei actionem moveat, civis respondere ei non tenetur. IV. III. 114
Duo cives litigantes de bonis, non extra civitatem dimittendi sunt, sed Magistratus litigia dirimat nomine Imperatoris. IV. IV. 114
Qui adversus civem conqueritur coram præfecto de proprietate, emphyteusi & feudo, quæ sub ejus jurisdictione sunt, dimittendus ad Imperatorem & ad hubarios, ubi bona sita sunt, propter emphyteusin vero ad curiam, quo pertinet, & ob feudum ad dominum feudi. IV. V. 115
Imperator potestatem dedit habitantibus imperii civitates, ut civitatis curam agant. IV. VI. 115
Si quis coacte aliquid promittat, ab eo liberatur, quamprimum civitatem aliquam imperii fuerit ingressus, & si id locum non inveniat, Imperator eum solvere promisso tenetur. IV. VII. 116
Quoties in castro, aut civitate, aut pago aliquis Jure imperii frui nequeat, cum tamen postularet, Imperator concessit castro, ut castrenses defendat, & civitati imperii cives; alias autem nullo modo. IV. XIII. 119
Si quis civi actionem movet, sive jus, sive injuria ab ejus parte stet, actio intentanda secundum jus Imperatoris. IV. XV. 120
Si civitas in periculum deducatur, is qui eo usque in ea habitavit, eam defendere debet, eo modo, ac si de re ejus propria quæreretur. IV. XX. 122
In quo defectus deprehenditur, is perdit omnia, quæ habet in ea civitate, aut pago, pro se & suis heredibus. ib.
Si vero bellum injuria per cives illata ortum, nemo iis assistere tenetur. ib.

Fœdera & Societates.

Ubi duo castra aut duæ civitates, aut etiam duo pagi societatem adversus omnes ineant, confirmatione Imperatoris id summa fide observari debet. IV. IX. 116
Si tum alicui civitati bellum oriatur, & ii, qui in illa sunt, juri se offerunt, civitas altera tenetur ei omnibus viribus assistere. IV. IX. 117
Si autem civitas bello pressa juri obedire nolit, sed superbia ac fiducia virium

rium & potentiæ injuriam facere velit, civitas altera eam juvare non tenetur. IV. IX. 117
Si privati inter ſe lites reciprocant, ideo civitates inter ſe ad arma pervenire non convenit. IV. X. 117. XII. 118.
Si duo civitates inter ſe fœdus conflent, ſine conſenſu imperii, & deinde inter eos diſcordiæ ſuccreſcant, ideo provocare debent ad Imperatorem. IV. XI. 118
Si earum civitatum vel caſtrorum decem concordent, undecimum vero iis ſit contrarium, eo ipſo ſocietas nondum rupta eſt, niſi evidenter demonſtrent, diſcordem ſibi injuriam facere. ibid.
Si civitates inter ſe fœdere certum tempus definiant, inter quod ſub pœna caducitatis mobilia commodata, aut pecunia mutua exigi debeant, & quis negligens fuiſſet, ut ab eo, qui in altera civitate habitat, ſua non poſceret, nihilominus, id quod ſibi debetur, jure requirit, neque ideo duarum civitatum præcepta transgreditur. IV. XII. 118

COLLECTORES REDITUUM EX PRÆDIIS.

vid. PRÆFECTUS BONORUM.

COMMUNES RES.

Civitatis communes ſylvas aut paſcua invadentes, ita ut partes ad culturam redigere & in liberos ſuos transferre tentent, moliuntur adverſus Cæſarem, & nulla illis ſtabilis poſſeſſio acquiritur. II. LVI. 48
Licet quis diuturno tempore hiſce bonis fruitus fuerit, nihilominus in ſtatis judiciis communibus ea perdet. ib.
Quælibet civitas vel pagus ter in anno convocet omnes illic habitantes, ut de communibus rebus conſultent. ib.
Si ſit ſylva communis, in qua plures pagi Jus habent, facultas eſt omnibus hiſce Iudicia foreſtalia celebrandi, quoties eo opus. II. LVII. 48
Exteri, qui in marca communi tantum bona poſſident, hic nihil negotii habent, quousque eam inhabitantes, rem rite curant. ibid.
Nemini licet bona communia vendere, quæ ad civitatem vel pagum pertinent, ita ut in æternum alienentur in proprium unius aut plurium. II. LXXIV. 56
Si civitas aut pagus ſit, cui neceſſitas incumbat ob vias aut pontes, communi deliberatione poteſt reditus annuos conſtituere, quo ædificare & alias communem utilitatem curare queant. ibid.
Quando hoſpitalibus & locis divino cultui dicatis alienatio permiſſa ſit? ibid.
Si communi deliberatione aliquid ædificatur, nemo liberatur a concurrendo. II. LXXV. 56
Qui id facere cunctatur, ſine proceſſu pro rata ſua executioni ſubjicitur. II. LXXV. 57

COMPOSITIO AMICABILIS.

Imperator permiſit, omnes lites componere dolo ſemoto. II. I. 23

CONDOMINIUM.

Qui condomino debitam portionem ſuam auferre audet, quomodo puniendus? II. XVIII. 30
Ubi bona in condominio ſunt, & ideo quæſtio movetur, omnium condominorum eſt rem defendere. II. XCIV. 66
Non prodeſt condomino, ſi, ceteris in lite manentibus, adverſus eum nihil moveatur, cum nihilominus ceteris adſiſtere teneatur, alias vero parte ſua exuatur. ibid.

CONSUETUDO.

Injuſta conſuetudine uſus, morti addici debet. II. XLVII. 43
Si quis invenerit conſuetudinem injuſtam, eam Cæſari indicet, ſi vero id non faciat, eodem modo punitur, ac injuſta conſuetudine utens. ibid.
Quo prava & falſa conſuetudo ubilibet exſit, præfecti & ſcabini homines convocent trinis in anno vicibus, eosque edoceant, quo pacto Conſtitutionibus debeant obedire. II. XLVIII. 43
Quod ſi quis ſciat reos ignaros in prava conſuetudine eosque de jure non admoneat, poteſtati Imperatoris ſubjacet. II. XLVIII. 44
Nemo aliam conſuetudinem condere debet, diverſam ab ea, quam Imperator bonis immobilibus fixit, quocunque modo id fiat. II. LXXXIX. 62
Auctor hujus conſuetudinis facit contra imperium & Imperatoris ſe ſubjicit pœnæ. ibid.

CONTUMACIA. CONTUMAX.

Conf. CAUSA.

Judex quemlibet judicio reniſum cogere poteſt auctoritate imperiali. I. VII. 6

Judex reum contumacem condemnet lucente adhuc sole. l. XV. 11
Qui coram imperatore jussus non comparet, damnum litis fert, nisi cum legale impedimentum excusset, quod ipsi probandum est. l. XVIII. 12
Contumax cogi debet auctoritate Cæsarea. l. XXVII. 17
Qui Imperatoris judicio renititur, ex imperio ejiciendus. ibid.
Occultans se, nec comparens, quando Cæsar eum vocat, & ultimum etiam quatuordecim dierum terminum eludens, contumacia sua jus suum perdit. l. XXX. 18
Qui necessitate & paupertate adactus, creditorem fugit, ad judicium statutis terminis haud citandus est. l. XXXVI. 20
Exceptione etiam a reo propolita illa absolvenda est, IV. II. 114
Si Vasallus, feudi in controversiam vocati possessor, non compareat statuto tempore, etiamsi justitia contra eum stet, qui ipsi controversiam movit, nihilominus hic causam obtinet. III. XVIII. 105

CORPORIS OBLIGATIO.

Corpus suum nemo aut in judicio, aut extra judicium eo modo obligare potest, ut necari queat. l. XXXVIII. 20
Corpus suum, qui neci per pactum devovet, imperatoris carceri est includendus. l. XXXIX. 21
Corpus alterius morti qui paciscitur, is in Cæsarem committit. l. XL. 21. IV. VIII. 116

CREDITOR MOBILIUM.

Actionem differre potest pro lubitu, nec sibi præjudicium facit, quousque is, qui ea debet, in vivis est. II. LXXXVII. 61
Qui etiam post obitum debitoris eius bona capit, creditori satisfacere tenetur, si testes id deponant. ibid.

CRIMEN

& de criminum pœna, conf. INDICIA. MALEFICIUM.

Adulterii, vid. ADULTERIUM.
Aggressionis extra Judicium, vide AGGRESSOR.
Defraudationis, vid. DEFRAUDATOR.
Diffamationis, vid. DIFFAMATIO.
Fractæ pacis publicæ, vid. PAX PUBLICA.
Furti, vide FURTUM.
Heimsuchæ, vide DOMUS.
Perjurii, vide PERIURUS.
Raptus, vid. RAPINA.
Scortationis, vid. SCORTATOR.

CURIA DOMINICALIS.

Conf. CENSITICA BONA. EMPHYTEUSIS.

Origo hubariorum cum bonis & censu, extra pagos, in quibus ea sita sunt, ad curiam servientium. II. CXIV. 77
Semper unica vice in anno exteris eundum est ad pagum illum, in quo bona sunt sita, ne iura in prædio extraneo amittantur. ibid.
Si quis nunquam exercuerit iudicium in illa bona, præter iudicem pagi illius, ubi bona sita sunt: tunc Judex & ministri curiæ exteræ iudicium & ius in illa curia extra terminos suos sita, perdiderunt, & retinet illud iudex pagi illius, ubi prædium situm est. ibid.
Imperator retinet censum de prædio, si aliis, qui ad curiam dominicalem non pertinent, probet, sibi censum datum esse. II. CXIV. 78
Quando Imperator censum immediate capit, a comparitione in iudiciis curiæ dominicalis absolvitur, & liberum censum præstat, absque ullo nexu cum curia, ad quam spectabat, quæ in alio pago est sita. ibid.
Imperator multas curias concessit locis piis & ministerialibus, iisdem iuribus, quibus ipse eas habebat, nimirum ut perciperent reditus, quos antehac exigebant Cæsaris servi, *Præfecti* dicti. II. CXV. 79

Conf. PRÆFECTI BONORUM.

Qui bona habent ad curiam aliquam spectantia, præfecto nihil debent, præter censum suum. II. CXVII. 80 & Additam, in not. pag. 82. II. CXIX. 86
Bonis forti iudiciali trium quatuordecim dierum suppositis, qui ea inde eximere vult, id agere debet emenda imperiali. II. CXVII. 81
Imperator dedit quibusdam in pago aliquo curiam dominicalem, inque ea quinque, sex, vel plures huobas. II. CXIX. 86
Nullus iudex curiæ suum habens iudicium dominicale, alios attrahat ex alia curia in via Cæsaris ex eodem pago, ut illos omnes suæ curiæ vindicet. II. CXIX. 86
Qui pravam hanc consuetudinem tol-

lere vult, & bona judicio curiali obnoxia vindicare ad curiam ſuam, agat eo modo, quo Imperator conſtituit. ll. CXIX. 87

Omnes quorum bona ſunt in illo pago, ubi prava hæc conſuetudo orta eſt, adeant Imperatorem, & eum citare curent, qui ſibi jus in eorum bonis arrogat. ibid.

Judex iniuria vi agens, & cauſa cadens, ex hubariorum depoſitione amiſit vitam & bona. ll. CXIX. 88. Additam. in Nota. 1)

Sufficit judici curiæ dominicalis, ſi ipſi in pagis ſtatis temporibus judicium dominicale & de reditibus permittatur. ibid. Addit. in Nota 1)

Si quis in iis moroſus eſſet, tenetur judici emendam præſtare ſecundum hubariorum judicatum, & hæc res non pertinet ad Cæſarem. ibidem. Additam. in Not. 1)

Tenetur etiam emendam ſuam exigere in illo prædio, quod in judicium delatum & in nullo alio. ll. CXIX. 89 Addit. in Not. 1)

Si in alio pignora capit, Imperatori ideo emendam in communi pagi judicio præſtat. ibid.

D.

DAMNUM. Conf. DENUNCIATIO.

Damnum, quod quis vidit inferri, quod evitari poſſit, illud indicet. II. LXII. 51

Secus faciens, tenetur ad damnum reſarciendum, ac ſi ipſe ejus auctor fuiſſet. ibid.

DEBITUM. vide NOMEN.

DEFRAUDATOR.

Imperator pacis imperii exſortes voluit omnes eos, qui alios defraudant, quo eius damnum naſci poteſt, & pœnam ipſis conſtituit carcerem imperii. II. LXVII. 53

Pœna fraudis, ſi denarium æquet. ibid.
Si ſertonem excedat, ibid.
Æquantis dimidiam marcam. ibid.
Si excedat dimidiam marcam. ibid.

DELICTUM. vid. CRIMEN. INDICIA. MALEFICIUM.

DENUNCIATIO.

Omnes bonum a malo diſcernere gnari, id quod vident hominibus damnum afferre, aut Imperio probro cedere, deferant Imperatori. IV. XVII. 121

Faciantque hoc in tempore, antequam occaſio elabatur. ibid.

Hoc qui agere recuſat & deferre negligit vitia, eodem modo punitur, quo is qui crimen commiſerat. ibid.

DESERTIO MALIGNA CONJUGIS.

Qui uxorem habet, & cauſas quærit, ex quibus eam dimittere queat, is, ſi cauſa cadat, Imperatoris carcerem meruit, & gratiæ eius relinquitur. II. LXXXIV. 60

Maritus uxorem domi habens, peregre autem profectus, matrimonium cum alia fraude celebrans, ſuamque domi relinquens, Imperatoris æternis carceribus addicitur. II. LXXXV. 60

DETENTOR. vid. POSSESSIO INIUSTA.

DETRACTIONIS JUS. vid. GABELLA DETRACTIONIS.

DIFFAMATIO.

Qui inſontem de falſo crimine defert, in eum tanquam ipſum crimen confeſſum judicatur. II. XXI. 31

DIPLOMATA.

Imperator amicis ſuis confirmavit coram toto orbe ea quæ ad eos pertinent, literis ac diplomatis in teſtimonium æternum. II. XXVII. 33

Itidem fides adhibenda eſt literis Judicialibus; Ut & literis de venditione aut alia diſpoſitione ratione bonorum conſcriptis, per oppignorationem aut nomen. II. XXVII. 33 34

DOMICILIUM. vid. FORUM DOMICILII.

DOMUS.

Imperator cuique pacem ſuam conſtituit in ædibus ſuis. IV. XVI. 120

De pœna eius, qui alterius ædes ingreditur, eum in finem, ut ipſi noceat. ib.

Qui huiusmodi domus violationem, (alias HEIMSUCHÆ CRIMEN) non denunciaret, corpus & bona ſua permiſit Imperatori. IV. XVI. 121

Idem jus eſt illius, qui factum videns, non indicaret. ibid.

DOTALITIUM. vid. VIDUALITIUM.

DUELLUM.

Ubi duo ex more ad Duellum procedunt, hoc non pertinet ad Imperium. II. LXX. 54

Duellum eſt petulantia, quia duo homines nunquam robore pares ſunt, & ſemper alter altero eſt robuſtior. IV. XIX. 122

Debiliores ſemper provocantur & fortes ſemper triumpharunt, ſive eis ius eſſet, ſive non jure agerent. ibid.

Id videns Imperator, omne duellum prohibuit lege Imperii. IV.XIX. 22

E.

EMENDA. vid. CASUS. CURIA DOMINICALIS. JUDEX.

EMPHYTEUSIS. Conf. CENSITICA BONA. CURIA DOMINICALIS. HUBARIUS.

Qui bona ab altero jure emphyteutico tenet, ſtatuto tempore canonem præſtet, ſin minus, Emphyteuſin perdit, & Dominus ſua bona auferre poteſt poſtridie illius diei, quo canon debebatur. II. XCIX. 68

Si vero bona alicuius propria cenſum præſtent, res judicio coram hubariis decidenda eſt præfixis trium XIV. dierum terminis. ibid.

In cenſu quilibet ſemper terminum ſciat, quo is præſtandus ſit. ibid.

Qui Emphyteuſin contraxit, non poteſt pro lubitu dimittere bona hoc modo conceſſa, niſi volentibus Dominis, a quibus bona accepit. II. CI. 69

Non licet hæc bona in alium transferre, niſi conſentiat dominus, ibid.

Id ſi quis negligat, & usque ad tempus a Cæſare conſtitutum taceat, Emphyteuſin perdit. II. CII. 69

Matre mortua non licet parenti Emphyteuſin in bonis liberorum maternis conſtituere, niſi prolis conſenſu. ibid.

Si quis Imperatoris proprietatem, ſibi in emphyteuſin datam, neget aut celet, ita ut auferatur aut vendatur, omnia jura ſua perdit in bonis illis, & Imperator poteſt bona ad ſe recipere. II. CXIII. 76

Si quis talibus bonis decipiatur, ita ut ea vindicentur Imperio, damnum ei reſarcire tenentur Scabini curiæ ſimul, niſi emerit nocte nemine ſciente. ibid.

Si quis bona Cæſaris alienare velit, habet tres quatuordecim dies, quibus id notum reddat, incipiendo computationem a ſecundo termino ſex ſeptimanarum. ibid.

Sed omnia hæc debent peragi in curia dominicali Cæſaris. ibid.

Bona emphyteutica committenda ſunt uno tantum, non pluribus, ne quid pereat juribus Cæſaris. II. CXVII. 83. Addit. in not.

EXECUTIO.

Quod quis judicio evicit, ſtatim capiendum eſt. I. XXIII. 15

Qui judicem non interpellat de continuando judicio, laboris ſui fructu privatur. ibid.

Qui cauſa cadit apud Cæſarem, nullam in parendo dilationem conſequitur, ne denuo agere opus ſit. I. XXIV. 15

EXHEREDATIO. vid. *PARENS.*

F.

FEUDUM. Conf. *INVESTITURA.*

Quicunque habent dominia, ſciant, quicquid habent, fuiſſe & eſſe Imperii, & ſi injuſte procedant, jus Imperii eorum bona & feuda Cæſari iterum addicere. II. XXV. 32. 33

Quicunque bona feudalia aut allodialia occupat in quibus nec ipſi, nec parenti jus fuit, contra Imperium facit, & ſi in iis bonis deprehendatur, judicio eſt coërcendus. II. XXVI. 33

Si miniſterialis feudum pro allodio vendat, ſine præſcitu Imperatoris, coram hominibus in illo pago habitantibus, hoc vero celetur eum, qui emit, & ille bonum poſſideat anno ſine interpellatione; Imperator nihilominus hoc bonum evincit, ſi hubarii ſciant, hoc bonum Imperatoris fuiſſe. II. CXX. 89 III. XXXII. 110

Si vero hubarii neſciant hoc bonum moviſſe ab Imperio, & ſciant, eum, qui vendidit, ſemper credidiſſe, rem venditam ſuam proprietatem eſſe, tunc is, qui emit & poſſidet, retinet prædium, etiamſi Imperator jus ſuum mille miniſterialibus probet, qui extra illum pagum domicilium habent. II. CXX. 90

Si plures ſunt heredes feudi, quorum alter diviſionem feudi, non quoad proprietatem, ſed quoad uſum fructum flagitat, alter vero ei contradicit, is, qui diviſionem fieri vult, ſecundum jura Imperii eum cogere debet, ut intra 14. dies diviſionem quoad fructus celebret. III. XI. 102

Quod ſi recuſet Imperator, petenti diviſionem uſum fructum omnem concedit, usque ad illud tempus, quo partitioni fructuum manus dat. ibid.

Cui ſi quis per annum & diem renitatur, in perpetum jure ſuo excidit. ibid.

Si vero partiri velit ſecundum feudorum jura, id faciat ſtatutis Imperatoris diebus, & anni ſpatium habet. III. XI. 102. Addit. not. 1)

Si quis habet feuda communia cum aliquo extra familiam, aut cum aliquo ſanguine ſibi juncto, quocunque modo diviſionem quoad fructus celebrare poteſt. III. XII. 103

Quod ſi conſentiente Imperatore factum ſit, manent feuda apud condominos. ibid.

Si vero diviſionem plenam celebret, ſecundum jura Imperii in feudis conſtituta, & aliqua pars deficiat, ad Imperatorem devolvitur, & is non ſuccedit, qui antea partem ejus habebat. III. XII. 103. III. XXV. 108

Si quis de feudo agere velit, id fiat coram judice, ſub quo bonum eſt ſitum. III. XIII. 103

Atque habeat is miniſteriales, qui ſententiam ſimul ferant. ibid.

Qui in re feudali agere vult, cautus in eo eſſe debet, ut penes ſe habeat miniſteriales ſapientes imperii. III. XVI. 104

Si alicui videtur, alium aliquid e feudis ſuis poſſidere, is, qui rem detinet, debet per nuntium citari. III. XVII. 105

Tum etiam actor comparere debet eodem die, quo citatus eſt, qui bona detinet, & ſecum habere miniſteriales, qui ſi comparere nolint cogendi ſunt. III. XVII. 105. XX. 106

Si vaſallus feudi in controverſiam vocati poſſeſſor, non compareat ſtatuto tempore, etiamſi juſtitia contra eum ſtet, qui ipſo controverſiam movit, nihilominus hic cauſam obtinet. III. XVIII. 105

In actione de feudo dies conſtitui debet, a matutino tempore usque ad veſperam ſuper ſex ſeptimanas & tres dies. III. XIX. 106

Hoc debet fieri per miniſterialium citationes. ibid.

Si unus terminus circumducatur, etiamſi Imperatoris arbitrium excipiatur, is tamen non amplius tenetur eum audire. ibid.

Si Imperator cum duobus miniſterialibus ſciat, quod prædium de Jure actoris eſſe debeat, & non ejus, qui illud detinet injuria, tunc id recuperat intra quatuordecim noctes, ſine proceſſu. III. XXI. 106

De feudis nemo in judicio teſtari poteſt, niſi miniſterialis. III. XXII. 107

Feuda non poſſunt oppignorari, cum fructus poſſint etiam cedi creditoribus, dum debitor feudum poſſidet. III. XXIII. 107

Hoc ideo factum, ne Imperio pereat forte proprietas. ibid.

Quisque feuda, quoad proprietatem cum pluribus poſſeſſa, concedere poteſt in communione ſedentibus, ſine conſenſu Imperatoris. III. XXIV. 107

Alter condominorum emere poteſt omne feudum commune, non requiſito Imperatore. III. XXVI. 108

Si quis feuda vendere velit, faciat conſenſu Imperatoris. III. XXVII. 108

Si diverſam partem ex diviſione cum coheredibus celebrata poſſideat, & vendere velit, id agere debet conſenſu Imperatoris & Ganerbiorum ſimul. III. XXVII. 108. Addit. in not. 1)

Vaſalli neceſſitate coacti vendere poſſunt feuda ſua ſibi æqualibus. III. XXVIII. 108

Si condominos habeant, potius his vendant. ibid.

Quando vero hi nollent, vendere poſſent conſentiente Imperatore, cuique emtori. ibid.

Feudum indiviſum ſeniores recipiant, pro omnibus aliis. III. XXIX. 109

Si alter duorum fratrum partem feudi cum altero poſſeſſi vendat extraneo, & frater, qui feudum non vendidit moriatur ſine heredibus feudalibus, feudum devolvitur ad eum, qui partem ejus emit, & non ad fratrem, qui jus ſuum in feudo vendidit. III. XXXI. 103

FIDEJUSSOR.

Actori incumbit, ut fidejuſſores de lite ad finem usque proſequenda conſtituat. I. XIII. 14

Si vel uno die ceſſat erga eum, in cujus favorem fidejuſſionem præſtitit, reus eſt cauſæ principalis. II. XLV. 42

Et eo modo judicio adverſus ipſum proceditur, tanquam contra debitorem principalem. ibid.

Juſto tempore monitus, obſtagio ſe ſiſtere tenetur. ibid.

Obſtagio nexus, ſe ipſe redimere tenetur. ibid.

Die & ſumma debiti ipſi non ſatis cognita, adeat principalem debitorem, quo

quo nomini satisfaciat, hocque ipsum liberet. II. XLV. 42
Quo cessante, omne damnum inde ortum fidejussori restituendum est, & ideo in judicio actione pulsari potest. ibid.
Salva tamen ipsi principali actione adversus creditorem, non justo tempore sua exigentem. ibid.
Qui aliquem adigit, ut fidejussores constituat, ne ex servitio aut pago migret, is jure vitam & bona perdidit erga Imperatorem. IV. VIII. 116

IN FLAGRANTI

delicto deprehensus.

vide MALEFICIUM.

FORUM.

deprehensionis.

Judex jure & injuria aliquem apprehendere potest, jure ita jubente, donec scabini ea de re pronunciaverint. I. VII. 6
Qui coram judice suo jus non reddit, potest in quocunque foro deprehensionis judicari. II. CXIX. 87

Domicilii.

Unusquisque primum conveniendus est coram suo judice domicilii, cui eum Imperator subjecit. I. XXXIV. 19

personale.

Civibus Imperii competens, vid. CIVIUM & CIVITATUM IMPERII *Jura & Privilegia.*

competens opificibus, vid. OPIFICES.
Quæ occurrunt judicanda, de debitis, bonis mobilibus, aut aliis causis, sive in prædio curiæ, sive alibi, nemo judicet præter illum, qui de corpore judicat. II. CXIX. 88. Addit, not. 1)

rei sitæ.

Judex curiæ rusticæ aut ejus Vicarius nihil juris habent, nisi ob bona curiæ affecta. II. CXIX. 88. Addit. not. 1)
Si quis de feudo agere velit, id fiat coram judice sub quo bonum est situm. III. XIII. 103
Qui adversus civem conqueritur coram Præfecto de proprietate, emphyteusi & feudo, quæ sub ejus jurisdictione sunt, dimittendus ad Imperatorem & ad hubarios, ubi bona sita sunt, propter emphyteusin vero ad curiam, quo pertinet, & ob feudum ad dominum feudi. IV. V. 115

FURTUM. conf. RAPINA.

Si furtum equi aut aliorum bonorum vendatur, eo se præsentante, cui res ablata, & probante rem esse suam, illa emtori auferenda, eique reddenda est. II. LXVIII. 53
Emtor, apud quem res deprehenditur, probare debet fide dignis hominibus, se rem emisse. ibid.
Si Warandum non habeat, neque invenire possit, neque etiam testes, quod emerit lucente sole, Imperatori tradendus est, ut furti reus. ibid.

G.

GABELLA DETRACTIONIS.

Exercetur a Judice, ubi quis domicilium mutat. II. CXVIII. 84

GANERBII, vid. FEUDUM.

GASTRECHT.

Peregre adveniens ante omnia expediri debet. I. XVI. 11
Peregrini in gratiam is, qui in loco habitat, in jure suo coarctari non potest. I. XVI. 12

H.

Zu *HAND* und *HALFFTER* geben vor Schulden.

vid. CAPTIVUS DEBITI CAUSA.

HEIMSUCHÆ CRIMEN.

vid. DOMUS.

HEREDITAS.

Si quis habeat duos filios, & sex filias ex uno filiorum prædefuncto, hæ ultimæ simul tantum capiunt, quantum unus filiorum & sicut patrui eorum. II. XIV. 28. II. XXXIV. 37
Parenti mortuo succedunt liberi in hereditate avita. ibid.
Patris & matris descendentes admitti debent ad hereditatem, usque ad nonum geniculum. II. XIV. 28. II. LXXI. 54
Si vir aut femina moriantur bonis ab intestato relictis, ea capiunt heredes, & quidem paterna, paterni, materna, materni propinqui. II. XXXIV. 37. II. CXV. 66
Deficientibus heredibus, res cedit Imperatori. II. CXV. 66

HEREDITAS OBÆRATA.

vide NOMEN.

HEREDITARIA BONA.

Parenti integrum est, si aut captivitate aut debitis casualibus involvatur, cum consensu liberorum tantum bonorum hereditariorum alienare, quantum huic necessitati sufficit. II. XII. 27
Si pater vendat bona, hereditario jure ad

ad liberos devoluta, filius non consentiens ea emtori jure eripit, patre adhuc vivo. II. CIII. 69
Sed id filius faciat intra annum, a tempore venditionis paternæ. ibid.
Filius inde ea potest alienare sine consensu parentis, cum parens Juri suo ipsa venditione renunciaverit. ibid.

HOMO PROPRIUS.

conf. CURIA DOMINICALIS. HUBARIUS. SERVUS.

Quicunque hominem ut proprium sibi adscribit, ad mortem damnandus, filii vero eius exilio dandi sunt. II. LV. 47
Imperator ubique confitetur, se non habere jus in hominem præter voluntatem ejus, nisi ut pacem imperii defendere teneatur. IV. VIII. 116

HUBARIUS.

conf. ALLODIUM. CENSITICA BONA. CURIA DOMINICALIS. PROPRIETARIUS.

Quando hubarii Imperii Imperatori præstant censum suum & reditum mansorum, ad nihil amplius tenentur. II. CXVII. 81. 82
Si quis hubariis injustitiam inferat, sive sit præfectus sive Dominus, ipsis permittitur, ad caducitatem Juris & gratiæ illi competentis, coram Imperatore conqueri. ibid.
Nullus præfectus aut dominus proprietatis jus habet hubarios ad placitum curiæ cogendi. II. CXVII. 81 Addit. in Not. 1)
Excipitur tempus, quo censum de bonis præstent & casus, ubi ad notitiam eorum pervenit, Imperatoris proprietatem minui. ibid.
Si hubarii ad placitum curiæ cogantur sine necessitate, isti a censu liberati sunt eo usque, donec damnum ipsis sarcitum. ibid.
Hubarii tenentur sequelam præstare secundum Jus Imperatoris, si quis actionem movet de re a Cæsare sibi hereditarie concessa in terminis ab Imperatore constitutis. ibid.
Tamen solvuntur præsentiæ judicialis obligatione, si ipsis necessitas obstet legalis, sed tum eorum census eo mittendus est. ibid.
Nuncius censum ferens, de causa emanendi legitima simul docebit. ibid.
Hubarius potest procuratorem etiam sine voluntate Cæsaris constituere, qui bona sua eo modo defendat, quo ipse agere posset, eum tamen constituere debet coram Cæsare. II. CXVII. 82 Addit. in Not.
Nihil negotii est nuntiis Cæsaris in hubariorum sua præstantium ædibus, aut hortis, aut agris, nec aliquid alimentorum ab iis exigere nunciis permissum, nisi id sponte fiat ab hubariis. ibid. in Not. 1)
Si hubarii sententia aliqua lædantur, a domino proprietatis vel præfecto, hos sequi tenentur, usque ad tertium gradum & ad tertium terminum in curia Imperatoris. II. CXVII. 83 Addit. in Not.
Si dominus causa cadat, eousque possunt hubarii censum retinere, donec ipsis damnum sarciatur. ibid.
Hubariis causa cadentibus, Domino damnum sarciant, & præterea summam emendam exsolvant. ibid.

HYPOTHECA. vid. OPPIGNORATIO.

I.

IMPEDIMENTUM. conf. CONSUETUDO.

Est radix omnium iniquitatum. II. XLVI. 42
Nemo debet alterum impedire, sed jus ab Imperatore petere. ibid.
Si duo aut plures bona communia habent & aliquis ex necessitate sua vendere tenetur, ab altero autem impediatur, ejus, qui impedit, pars caduca & Cæsaris potestati acquisita est. II. CV. 71
Qui alterum impedit in jure suo exercendo per calumniam facit contra præceptum Imperatoris. IV. XVIII. 121
Et, si læsus de eo conqueratur, luere id tenetur maxima Imperatoris emenda. ib.

IMPERATOR.

debet esse justo thoro natus, & homo omni modo æquitatis cupidus. I. VI. 6
Imperatoris socius est unus quisque in conscientia sua innocens. I. VIII. 7

INDICIA.

Quis & qualis juramento se purgare queat, de indiciis & imputatis, de quibus non potest testimonio convinci. I. XLI. 21
De illis excusare se potest, homo nulla macula laborans, in defectu testium. I. XLI. 22
Suspectus committendorum criminum apprehendendus, & Imperatoris carceribus

ceribus committendus. ll. XIX. 30
Nemo capiendus ex ſuſpicione mali, antequam de veritate conſtet. ll. LXV. 52
Contra hæc qui faxit, Imperatoris animadverſioni ſubjacet, quoad vitam & bona. ibid.

INJURIÆ.

Quilibet Actor in judicio proponere debet injurias, quas ab aliis pertulit, quod ſi non faciat, ea mulcta tenetur, qua afflictus fuiſſet, qui pacem violavit. I. XIII. 10
Si duo verbis vel factis inter ſe colliduntur, is damnum ferre tenetur, qui cauſam rixæ præbuit. II. LXXVIII. 57
Vir aut uxor dicentes verba, quæ honorem mundanum alicujus lædunt, & falſa deprehenduntur, carcere puniendi ſunt. II. LXXIX. 58

INNOCENS.

Unus quilibet in conſcientia ſua innocens eſt Imperatoris ſocius. I. VIII. 7
Imperator morte afficiendus, ſi quem occidat, qui crimine ſuo adverſus Imperium id non meruerit. I. XL. 21
Ubi ex duobus captivis unus tantum delictum commiſit, ſed incertum eſt, uter eorum illud patravit, uterque eorum potius abſolvendus, quam inſons morti addicendus. II. LXIV. 51
Si innocens defertur ad judicium, Imperator ſecundum probationes judicare tenetur. II. LXIX. 54

INJUSTI.

Extra commercium juſtorum eſſe debent, ne his inde aliquid incommodi naſcatur. I. X. 8

INTERPELLATIO. vid. ACTIO *de bonis ſtabilibus*, ab INTESTATO mori. vid. HEREDITAS.

INVENTÆ RES.

Quid de eis obtineat inventor jure Cæſareo? II. XL. 40
Re non indicata & occulto penes ſe retenta, deprehenſus mortis reus eſt. ibid.

INVESTITURA IN FEUDALIBUS BONIS. conf. FEUDUM.

Omnes ab Imperio feuda habentes invigilent intra id tempus, quod a duodecim annis usque ad octodecim currit, repetendo id, quod quis ex eorum bonis retinet. III. X. 101
Quod ſi negligant, usque dum ætate octodecim annos excedant, nunquam ab eo, qui bona detinet, ea vindicare poterunt in judicio, niſi ſint injuſte ablata. ibid.
Ei debet fieri inveſtitura, cui Vaſalli Imperii, feudum competere videntur. III. XVI. 104
Omnes annis non minores & in provincia conſtituti, inveſtituram de feudis ad ſe devolutis intra anni ſpatium recipiant. III. XXX. 109
Qui id negligit, eo ipſo agnoſcit, ſibi feudum non deberi. ibid.

JUDEX.

Judicis ſparta tali per electionem conferenda, qui loco imperiali probro non eſt. I. VI. 5
Judex eſſe debet omni modo perfectus. I. VI. 6
Homo ſenili prudentia præditus, & uti leo, in quo nulla eſt macula. ibid.
Id, & non aliud pronunciare debet, quam quod ſcabini judicarunt. I. VII. 6
Jure & injuria aliquem apprehendere poteſt, jure ita jubente, donec Scabini ea de re pronunciaverint. ibid.
Judex quemlibet judicio reniſum, cogere poteſt auctoritate Imperiali. ibid.
Judicem ad coërcendam inobedientiam non juvans, cum eo opus ſit, fecit contra Imperatorem & jus ſuum amiſit. ibid.
Judex nullum de ſententia ſua roget, cui vitium imputetur. I. VIII. 7
Judex alio modo agens, atque Jus Imperatoris definivit, & de injuſtitia convictus, nunquam in ſocietatem virorum proborum coram Imperatore admittatur. I. IX. 7
Nihil pejus eſt injuſto judice. ibid.
Qui in adminiſtratione juſtitiæ falſus deprehenditur, neci addicitor. ibid.
Qui judicem non interpellat de continuando judicio, laboris ſui fructu privatur. I. XXIII. 15
Unusquisque primum conveniendus eſt coram ſuo judice domicilii, cui eum Jmperator ſubjecit. I. XXXIV. 19
Qui coram judice ſuo jus non reddit, poteſt in quocunque foro deprehenſionis judicari. ibid.
Judex omnis nimis feſtinans deſtituendus & alius ei ſurrogandus, qui toto tempore ab Jmperatore ſtatuto muneri ſuo ſuperſit. I. XXXVII. 20
Nulli judici, præterquam ei, cujus eſt de cauſa quadam cognoſcere, emenda præſtanda, II. CXIX. 87

Quæ occurrunt judicanda, de debitis, bonis mobilibus, aut aliis cauſis, ſive in prædio curiæ, ſive alibi, nemo judicet, præter illum, qui de corpore judicat. II. CXIX. 88. Addit. not. 1)
Judex curiæ ruſticæ, aut ejus Vicarius nihil juris habent, niſi ob bona curiæ affecta, quicquid vero præterea affectant, Imperatori emendare tenentur, ſi is de eo conqueratur, cui accidit. ibid.
Judex injuria vi agens & cauſa cadens, ex hubariorum depoſitione amiſit vitam & bona. ibid.
Quilibet homo bonæ famæ poteſt judicare nomine Cæſaris. III. XIV. 104
JUDEX SUI IPSIUS. vid. VINDICTA.
JUDICIUM.
Omnis boni ſtabilimentum ac fundamen cenſendum eſt, quod omnes homines amare debent. I. I. 4
Judicia ubilibet in Imperio adminiſtranda, ut hominum litigia, quantum pote, dirimantur. I. II. 4
Quod ſemel judicio eſt definitum, amplius proponi non debet. I. IV. 5
In Judicio adhiberi debent optimi ex eo loco. I. V. 5
Judicium ſummum ſilentium & decorem in loco judicii requirit. ibid.
Judicio Imperatoris, qui renititur, ex Imperio ejici debet. I. XXVII. 17
Judicium juſto diei tempore finiendum. I. XXXVII. 20
Quodcunque ad judicium delatum, illic finem ſortiri debet. II. I. 23
JUDICIUM CADUCARIUM. vid. CURIA DOMINICALIS.
JUDICII FORMA. vid. PROCESSUS FORMA.
JUDICII LOCUS.
Judicia in optimis ad id delectis locis in quaque civitate aut vico adminiſtrari debent, ante oculos Imperatoris. I. V. 5
Locus, ubi judicium celebratur, eſt ſummus Imperatoris locus & ſummum dignitatis illius ornamentum. I. VI. 6
In loco Judicii Imperatoris nemo ſedere debet, niſi qui poſſit eſſe ſocius illius. I. VIII. 7
De feudo diſceptantes partes tenentur de eo diſceptare, in eo loco judicii ubi Imperatori id placet. I. XV. 11
Imperator in aliquibus terris circa caſtrum aliquod habet pagos decem vel duodecim, quibus præfecit virum quendam. II. CXIX. 85
Plerumque pagis communiter conſtitutus eſt locus ſingularis in quo compareant, quoties hominibus & terræ opus eſt. Ibid.
Nunquam in pagos venit officialis Imperatoris ad judicandum, cum omnia, quæ in judiciis communibus pagorum agenda ſunt, illic explicari poſſint, ne diſcordiæ oriantur, ob quas Officialis adeundus ſit. ibid.
Ideo in omnibus locis certa ſtatio determinata, quæ ſedes Imperatoris vocatur, ſive locus judicii, ad dirimendum ea omnia, de quibus in territorio lis oritur. ibid.
JURAMENTUM. conf. PERIURUS.
Sine juramento nemo ad judicium poteſt admitti. I. XI. 9
Juraturi probari debent, ut appareat, num digni ſint qui admittantur ad juramentum. I. XLI. 21
Ad juramentum haud admittatur macula notatus. I. XLI. 22

Calumniæ.

qui actionem movet in Judicio, juret ſe de jure ſuo perſuaſum eſſe, & quod hæc non agat dolo aut rixandi cauſa, vel ut damnum inferat. I. XIII. 14

Purgatorium.

quis & qualis juramento ſe purgare queat de indiciis & imputatis, de quibus non potuit teſtimonio convinci. I. XLI. 21

JURATI. vid. SCABINI.
JUS.
Contra jus qui aliquid egit, juris exſors eſſe debet eo usque, donec ſatisfecerit. I. XLI. 22
JUSTITIA.
Qui Juſtitiam Imperatoris nomine adminiſtrat, & in eo falſus deprehenditur, neci addicitor. I. IX. 7

L.

LANDSIDELII.
Non poſſunt judicare de bonis dominorum ſuorum. II. CXIX. 87
LARIUM JUS. vid. HEIMSUCHAE CRIMEN.
LIBERI. vid. PARENS.
LIBERI DISSORTES.
Quomodo hereditatem partiantur? II. LIII. 46
LITERÆ JUDICIALES. vid. DIPLOMATA.

M.

MALEFICIUM. conf. CRIMEN, INDICIA.

Lingua, quæ injuriam pro jure obtrudere conatur, morti addicenda eſt, ne homines corrumpantur. I. XII. 9

In flagranti crimine deprehenſi ejiciantur, ne bonis noceant. II. II. 24

Imperator vim inferentes privavit pace Imperii, eosque vita & bonis mulctavit, expoſuitque omnium injuriæ, ita ut nemo in illos injuriam committat. II. LXIII. 51

Omnes, qui in Imperio vivunt, prohibeant vim injuſtam corpore & bonis usque ad mortem. ibid.

Si quis contra turbatores pacis non aſſiſtat, cui id faciendi facultas eſt, iisdem pœnis ſubjacet, quibus ipſe turbator. ibid.

Si quis aliquem apprehendat criminis reum, eum non dimittat, verum potius ſequatur usque ad eum locum, ubi eo potiri queat, eumque deinde Imperatori exhibeat. II. LXVI. 52

Quod ſi vero ejus compos fieri nequeat, indicet hoc Imperatori. ibid.

Si quis alterum apprehendere velit, ob crimen in ſe commiſſum, Imperatori poſtea tradendum, attendat, ut crimen ita comparatum ſit, quo Imperatoris judicium mereatur. II. LXIX. 53

Si quis criminis reum apprehendit, & deinde dimittit, dimittens pœna ejusdem criminis tenetur, ſi reum judicio non ſiſtat. II. LXIX. 54

MALE PARTA. vid. RAPTOR. RAPINA.

MARCA. vid. COMMUNES RES. SILVARUM JUS.

MARITI.

In poteſtate omnia ſunt. II. C. 69

MATRIMONII PACTUM.

Quid faciendum ſit ab eo, quem hujus pœnitet? II. LXXXVI. 61

MILITUM JUS ET ORIGO.

conf. MINISTERIALES.

Cum hominum divitiæ & potentia creſcebant, Imperatori inde naſcebantur multa obſtacula, cum ipſi fierent inobedientes. III. I. 91

Augeſcebatur hoc de die in diem, ita ut per totum ſerperet Imperium & magna oriretur ſeditio. ibid.

Imperator tum omnes ciebat Imperii vires, jubens Imperio fideles, ut ferro atque igne terras obſequio ſe ſubtrahentium, popularentur. ibid.

Deprehendebantur hic aliqui Imperatori ſive ſcienti, ſive ignoranti fideles. ibid.

Imperator & ei adhærentes victores erant ubique eorum, qui Imperio rebelles fuerant. ibid.

Hoc facto Imperator fideles ſuos honorum ſibi debitorum faciebat participes, & eorum liberos nobilitate in perpetuum ornabat, imponens eis nomina nobilia, eosque miniſteriales Imperii creans, ut clypeo & gladio in æternum hoc deſervirent. ib.

Hoc per orbem diſtribuebat, quemque eo loco, ubi cuperet. ibid.

Hunc in modum orti ſunt miniſteriales ab Imperatore, quibus ille dabat equitum nomina & confirmabat clypeo & gladio. ibid.

Imperator eos nobilitate ea impertivit, qua ipſe gaudebat. ibid.

Milites ſint tutela & quaſi murus adverſus omnes malos, qui imperio adverſantur. III. IV. 94

Omnis homo generis militaris poteſt eſſe judex Imperatoris. ibid.

Modo præditus ſit his virtutibus, ut juſtitiam colat & fortis ſit. ibid.

Itemque pacificus & verax, jus amet, injuriam convellat & inimicus ſit eorum, qui Imperatori & Imperio nocent. ibid. Addit.

Imperator equitem fecit ſuum conſortem, atque ipſi gladium mandavit. III. IV. 94. Addit.

Quicunque nomen militis gerit, ille bona Imperii poſſidere poteſt. III. IV. 94

Imperator milites privilegio munivit, ut poſt fata eorum liberi æque ſint nobiles. III. V. 95

Nemo poteſt de bonis Imperii judicare, præterquam milites & eorum poſteri. III. V. 95

Nemo poteſt jure bona Imperii in feudum poſſidere, niſi ſit miles ad jura Imperii natus, ut genus ſuum a quatuor inde avis pertinuerit ad ſocietatem militum Imperii. ibid.

Imperii miniſterialis non ducat imparis conditionis uxorem, ne excidat jure ſuo, quoque liberi ſui ad bona imperii admittantur. ibid.

Eques non natus ſit ex uxore cenſuali, nec ducat talem uxorem, tales enim non ſunt bonorum Imperii poſſidendorum capaces. III. V. 96

Addit. in not. 1)

Miniſte-

Miniſteriales etiam poſſunt munus principum adminiſtrare, & nemo alius. III. V. 96. Addit. in not. 1)
Miles & miniſterialis Imperii obligati ſunt omni tempore ad cuſtodiendum Imperium. III. VIII. 98
Imperator militibus attribuit honorem miniſterialium, & gratia ſpeciali conſenſit in id, ut filiæ eorum dotentur ex bonis Imperii. III. VIII 99
MINISTERIALES. conf. MILITUM JUS ET ORIGO.
Imperator multos honeſtos viros donavit bonis Imperii, ut Imperii honorem & commodum promoverent. II. LV. 47
Imperator iis eo ipſo non dedit jus centenæ in corpus hominum. ibid.
Imperator juſſit donatarios ſuos, ut homines ad nihil aliud cogant, præter id, quod Imperator poſſedit. ibid.
Quicunque hominem ut proprium ſibi adſcribit, ad mortem damnandus, filii vero ejus exilio dandi. ibid.
Imperator religioſis locis & miniſterialibus multas gratias largitus eſt, modo ſilvis, modo cenſibus, modo reditibus. II. CXVIII. 83
Aliquibus etiam judicia in pagos conceſſit feudo, iis locis, in quibus jam omne illud aliis conceſſerat, quod redituum nomine cenſetur. II. CXVIII. 84
Hoc tamen munus imperiale non ulterius extenſum eſt, quam ut centenam habeat & emendas debitas exigat ab iis, qui in pagis habitant, eorumque lites judicio dirimat, deinde ſi domicilium quis mutet, ut poſſit gabellam detractionis exercere. ibid.
Qui autem in delicto deprehenditur, ab Imperatore puniendus, aut ab eo cui Imperator hoc dedit. ibid.
Cui Imperator dedit bona, non dedit judicia, & cui Judicia largitus, ei bona haud dedit. ibid.
Aliquibus tamen dedit utrumque ſimul, quorum tunc omnis utilitas. ibid.
Si quis, qui in pago non plus haberet, quam vindictam criminum & non nihil prædiorum, ſibi jus arrogare velit in bonis hominum, hubarii in hoc eum impediant, ſi poſſint. II. CXVIII. 85
Etiam ſi quid ipſi accidat, ideo tum, cum in bonis eſſet, Cæſari non præſtatur emenda, ibid.
Si vero ſine damno ex bonis redeat, Imperatori ideo judicium faciendum eſt, nec ſibi ipſi jus adminiſtrent, etiamſi viribus non deſtituerentur. ibid.
Miniſterialis denotat hominem, qui conſervavit Imperio fidem ſuam, ut ſine macula coram Imperatore ſtare poſſit. III. I. 92. Addit. in not. 1)
Si quis ſe Imperii miniſterialem dicit, rationes aſſerti ſui afferre debet. III. II. 92
Qui ſe talem dicit & non eſt, amiſit bona, quæ ab Imperio habet, neque in aliis bonis, quæ ad Imperium pertinent, ſuccedere poteſt, & perdidit vitam & bona. III. II. 92. Add in not. 2)
Excipitur, qui forte ea in opinione fuiſſet conſtanti, ſed erronea, & hac de opinione ſe purget juramento. ibid.
Quicunque probare vult, ſe eſſe miniſterialem natum, cum tribus imperii miniſterialibus, ab omni labe immunibus quoad nativitatem id teſtari debet. III. III. 93
Imperator poteſt miniſteriales creare & nemo alius. III. VI. 96. Add. in not. 2)
Dantur homines, qui ſe dicunt miniſteriales principum & tales non ſunt, verum potius homines cenſum præſtantes, bona quidem Imperii habentes, ſed non ob ſervitia. III. VI. 97
Miniſteriales Imperator principibus non conceſſit, ſed eos ſub Imperii poteſtate retinuit. ibid.
Quando miniſteriales moriebantur, Imperator bona eorum dividebat cum eccleſiis. ibid.
Si miniſterialis ſtatum ſuum amittat, is omnibus nocet, qui ab ipſo deſcendunt, qui æque hujus juris ſunt exſortes, & fiunt fratris ejus liberis cenſuales. III. VII. 98
Tunc etiam bona ejus ſunt fratris & liberorum ejus, ſi Imperator iis ex gratia concedat, ibid.
Is cui Imperator beneficium dedit ex bonis Imperii, ſi is infidelitatem committit, omnia ejus membra ſeparatim necari debent. ibid.
Sed non idem jus eſt eorum, qui filiis ſuis jus ſuum deterius reddiderunt, ducendo uxores plebeias. ibid.
Miniſterialium liberi ad conditionem cenſualium redacti, ſi qualitatem miniſterialium exuunt, eo ipſo cenſus Imperatoris augetur. ibid.

Imperator pluribus aliis largitus est bona Imperii, sed non jure ministeriali. III. VIII. 99

Imperator hæc bona potest iterum auferre, si in liberos transire nolit, cum tantum pro sublevandis necessitatibus eorum ad tempus data, vel iis, qui Imperatori specialia exhibuerunt servitia. ibid.

Imperator liberos ministerialium virgines eo beneficio affecit, ut mortuis omnibus masculis, ipso jure bonorum imperii capacibus succedere possint. III. VIII. 99. Addit. in not. 2)

Ob id, quod Imperator attribuit ministerialibus secundum jus feudale, in perpetuum Warandiæ est obnoxius, & liberi fiunt hactenus parentis heredes, etiamsi is bonis ob feloniam excidat in Imperatorem commissam. III. VIII. 99

Liberi ministerialium & viduæ secent in duas partes æquales omnia bona, quæ parens illis reliquerit, ab Imperio moventia. III. IX. 100

Si liberi adhuc minorennes sint, senior eorum, qui in bonis jus habet, potest bona sibi asserere, donec ad duodecim annos pervenerint, ita tamen ut eos alat. ibid.

Si aliunde tantum habeant, ut feudis carere possint, hi utilitatem interea capiant, qui servitia & usum præstare Imperio queant. III. IX. 100. Addit. in not. 2)

Si ætas liberorum duodecim annos excesserit, accipiunt ipsi bona sua & de iis pro lubitu disponere non prohibentur. III. IX. 100

Si liberi minorennes annis sunt, & careant herede bonorum ab Imperio moventium, Imperator usum fructum bonorum capere potest, usque dum ad annos discretionis pervenerint. III. IX. 101. Addit. in not. 1)

Super omni beneficio militari nemo debet judicio adhiberi, præter Vasallos Imperii (Ministeriales). III. XVI. 104. III. XX. 106

MORS. vid. SUPPLICIUM.

MULTITUDO.

Ubi multitudo, ibi contentio. I. X. 8

MUTUUM.

Qui alteri aliquid dedit, illud primo poscere debet modeste, deinde secundum jus Imperatoris judicialiter. II. XX. 30

Qui hoc non ordine & secundum jus Imperii exigit, sed vi in rebus suis recipiendis utitur, ac pignora auferr a debitore suo, consideratur, ac si rapinam commisisset. ibid.

N.

NOMEN.

Quem Imperator tradidit pro nomine, tanquam homo habendus est. I. XXV. 16

Conf. CAPTIVUS DEBITI CAUSSA.

Qui nomen alteri concedere cupit, id agat, consentiente debitore & se novo creditori obligante. II. XXXVIII. 39

Si vero delegatio fiat, præcise solvere debitor tenetur ei, cui debitum solvere promisit. ibid.

Si moriens quis alicui nomen leget, legatario solutio omnino præstanda est, cum mortuus non amplius variare queat. ibid.

Qui hereditatem obæratam cernit, ubi bona non sufficiunt, eamque sibi apprehendit, de omni debito tenetur, nisi sibi modo in jure præscripto consulat. II. XLIX. 44. II. LXXXVII. 6

NUNCIUS.

Eligatur a Judice & Scabinis, qui hoc officium secundum Jus Imperatoris administret. I. XI. 9

Ei Imperator munus suum non sine juramento committere jussit. ibid.

O.

OBEDIENTIA. vid. OBSEQUIUM.

OBSEQUIUM.

Viro obedienti nulla vis neque coactio inferenda. I. XXVIII. 17

Hominem obsequium præstantem Imperator defendat omni casu, quo eo opus. ibid.

OBSTAGIUM. vid. FIDEIUSSOR. OPPIGNORATIO.

OFFICIALIS IMPERATORIS.

vid. JUDICII LOCUS.

OPIFICES.

& forum eis competens.

Lites eorum cujuscunque generis deferri debent ad Cæsarem, id est ad Consules & Scabinos, qui dicuntur Imperatoris electi & locum Cæsaris tenent. II. XLIII. 41

Si aliud quid non interveniat, quod causam ad alia judicia devolvat. ibid.

OPPIGNORATIO.
Haud licet bona ſua ſuffugii cauſa dare in alterius poteſtatem. II. CX. 74
Si quis debita contraxerit & alios oppignoraverit, ſolvere etiam tenetur & eos liberare, quos pignori ſuppoſuit. ibid.
Imperator juſtitiam actori adminiſtrat, in quacunque demum manu bona inveniat. ibid.

P.

PACTUM.
Si quis juſtæ ætatis aliquid verbis promittit, & illi non contradicit durante anno proximo, tenetur illud ſemper ferre, quod anno uno promiſit. II. LXXXVIII. 61
Excepto pacto de vita hominis. II. LXXXVIII. 62
A pacto Imperator liberare nequit. IV. VII. 115

PARENS.
Liberos ad omnia formare debet, usque dum cuncta per ſe diſcernere poſſint. II. IV. 24
Si parens cum liberis diſcors & culpa magis ſit patris, filius a patre ſeparandus. II. V. 24
Pater liberos caſtiget virga usque ad initium annorum diſcretionis, quamprimum autem eos attigerint, caſtigandi ſunt virga imperiali. II. VI. 25
Patri permittitur filium immorigerum ædibus exturbare. II. VIII. 25
Pater filium exheredem ſcribere haud debet, niſi Imperatori cauſas probet. II. IX. 26
Pater filio, a quo metus eſt dilapidationis, hereditatem poteſt ſubtrahere & ceteris liberis concedere. II. X. 26
Si parens liberorum bona deglutire velit, tunc liberi bona illa in poteſtatem ſuam cum auxilio proximorum redigere poſſunt, ea tamen lege, ut parenti ſufficientia tantum honeſta alimenta præbeant. II. XI. 27
Parenti, ſi aut captivitati, aut debitis caſualibus involvatur, cum conſenſu liberorum tantum bonorum hereditariorum alienare licet, quantum huic neceſſitati ſufficit. II. XII. 27
Parenti dedit Imperator jus hereditarium ad bona liberorum. II. XIII. 27. II. XCVII. 67
Parens ab injuriis realibus in liberos ſibi temperet, quod ſi nihilominus fiat, Imperatoris mulctæ ſubjacet. II. XV. 28
Cauſæ exheredationis paternæ & maternæ. II. XVI. 28. 29

PARITIO.
Qui cauſa cadit apud Cæſarem nullam in parendo dilationem conſequitur, ne denuo agere opus ſit. I. XXIV. 15

PASCUORUM JUS. vid. COMMUNES RES. SYLVARUM JUS.

PAX PUBLICA. conf. CRIMEN. INIURIAE. MALEFICIUM. POSSESSIO INIUSTA. VINDICTA.
Pacis publicæ Imperii violator necandus eſt. I. XXXVIII. 21

PEREGRE ADVENIENS.
vid. GASTRECHT.

PEREGRE PROFECTUS.
vid. ABSENS.

PERIVRUS.
Tradendus eſt, ſi in prava voluntate perſeveret, ad ultionem Imperatori, quo pœna capitis afficiatur. I. XLI. 22
Qui ſemel pejeravit coram Imperatore, nunquam ad jurandum admittitur, cum omne jus ſuum perdiderit. ibid.
Omni gratia Imperii privatus eſt. (*ehrlos und rechtlos*). II. LXXXI. 59
Ex numero omnium bonorum eſt ejectus & nunquam fieri poteſt conſors probi alicujus viri, nec talis cum eo ſedere, ambulare aut ſtare permittitur. ibid.
Non necari debet, ſed carceri Imperatoris mancipandus & inde non dimittitur, niſi ex gratia. ibid.
Non admittitur ad poſſeſſionem bonorum imperii, & quæ bona ab eo habuit ad Imperium ſunt revoluta. ibid.

PIGNORA.
Pro nomine ſimpliciter acceptata in judicio, licet minoris valoris deinde deprehendantur, nihilominus ſufficere debent. I. XXVI. 16
Pro debito adhibitis teſtibus ulterius aut pignori ſupponi, aut pro debito vendi debent. ibid.

PIGNORATIO. vid. MUTUUM.

POSSESSIO ANNI ET DIEI.
Ejusque effectus ad jus proprietatis. II. XC. 62. II. XCI. 65. II. CVI. 71
Si quis ideo in jus vocetur, poteſt juramento ſua ut propria conſervare. II. XC. 63
Modo ex nullius bonis clandeſtine vel furto ablata ſint, hæc enim ſemper vindicare licet. ibid.

Si etiam bona fortaſſis ab aſcendente poſſeſſoris (potentiore) vi ablata, de quo conqueri non licuit, ſemper ea etiam poſtea vim paſſus recuperat. II. XC. 63
Etiam feuda ſua Imperator excepit, quæ itidem vindicantur. ibid.
Quorum ex prædiis aliquid ablatum eſt, hi debent repetere primo anno, ubi ad eorum notitiam pervenerit, quod ſibi ablatum. ibid.
Si, poſtquam cognoverint, anno taceant, omnia jura ſua perdiderunt, & res illius eſt, qui eam poſſidet. ibid.
Excepti hic ſunt liberi minorennes, ſi fortaſſis mater eorum, poſt obitum patris aliquid vendit. ibid.
Excepti etiam ſunt ii, qui extra territorium ſunt. ibid.

POSSESSIO SEX HEBDOMADUM ET TRIUM DIERUM.

Qui in bonis ſedet tribus diebus & ſex hebdomadibus, ſine interpellatione, ex poſſeſſione non mittendus, niſi judicio imperiali. II. CIX. 73
Cæſaris jus eſt, ut actio ei moveatur, cum procuratore tribus quatuordecim diebus, & tunc actor probet rem ſuam eſſe. ibid.
In eo, quod accidit ei, qui de alienis bonis ſe intromiſit, non tenetur is, cujus bona ſunt. ibid.
Is, cui damnum contigit, atque alterum non jure poſſeſſione ſua dejecit, duplum præſtare tenetur. ibid.

POSSESSIO INJUSTA.

Quicunque bona feudalia aut allodialia occupat, in quibus nec ipſi, nec parentibus aliquod juris fuit, contra imperium facit, & ſi in iis bonis deprehendatur, judicio eſt coërcendus. II. XXVI. 33
Detinens bona alterius, illo inſcio, qui eorum dominus eſt, nec eum monens, quo rem illam auferat, & eam rem in uſus ſuos convertens, eodem, quo fur jure cenſetur. II. XLI. 40
Etiamſi quis bona alterius inſcii detineat longiſſimo tempore, ac ea in liberos hereditate transmittat, hi nihilominus ea perdunt, ſi iis lis moveatur. II. CIV. 70
Non opus eſt actione de re vindicanda, cum tres teſtes honeſti ſufficiant, ad probandam intentionem illius, qui rei ſeriem ignoravit, ut res ejus domino reſtituatur, cui erepta eſt. ibid.
Imperator ei, qui ſciens hujusmodi bona poſſidet, auferre poteſt vitam & bona, ſi etiam verus dominus rem ſuam vindicare negligat. ibid.

POSSESSIO LITIGIOSA.

Ubi duo contendunt de prædiis, nec tamen de jure eorum ſatis conſtat, & unus eorum eſt in poſſeſſione, ille ſibi rem aſſerere debet. II. CVIII. 72
Si vero neuter in poſſeſſione ſit, Imperator Litigantibus bona ex æquo partitur. II. CVIII. 73
Iis recuſantibus Imperator, cui voluerit, ea adjudicabat, præcipui Juri ſe æquum præbenti. ibid.
Quod ſi vero tranſigere velint, eo modo, ut tertius potiatur jure proprietatis, in eo Imperator eos impedire non valet. ibid.

PRÆFECTI BONORUM. conf. CURIA DOMINICALIS. HUBARIUS.

Unde originem habeant & nomen? II. CXV. 79
Quænam illis poteſtas commiſſa. ibid. & II. CXVII. 80
Defendere debent homines, quibus quis injuriam inferret, auctoritate imperiali, aut Imperatori indicium faciant, ſi prohibere id nequeant. II. CXV. 79
Præfectus eſt ſervus domini ſui, pro reditibus mercenarius, & ideo cuſtodire debet ei res ſuas, ne aliquid ipſi auferatur. Ibid. & CXVII. 80
Non eſt dominus bonorum Cæſaris & hubariorum imperio cenſum præſtantium. II. CXV. 79
Præfecti eodem loco manent apud eos, quibus Imperator proprietatem eodem jure, quo ipſe tenuerat, concedebat. ibid.
Præfectus, qui facta injuſta in curiis Imperatoris celat, capitis pœna afficiendus. II. CXV. 80
Amoveri poteſt ab officio, ſi injuriam domino inferat, intuitu prædiorum. II. CXVI. 80
Cuſtodire debet proprietatem Imperii. ibid.
Non poteſt diſponere de prædio, ſed dominus proprietatis. II. CXVII. 80
Si vero una cum præfectura habeat proprietatem Imperatoris, nihil tamen juris ſibi arrogare debet, præter perceptionem redituum. ibid.

PRÆSCRIPTIO. vid. POSSESSIO ANNI ET DIEI. SEX HEBDOMADUM, ET TRIUM DIERUM.

PRÆSES.

Qui præſidet loco Cæſaris, (Judex Provincialis). I. XXXVII. 20

PRINCEPS.

Nullus princeps eſt a ſe ipſo. III. VI. 96

Nullus princeps præditus eſt ea poteſtate vi officii ſui, ut poſſit jura miniſterialium aliis tribuere, cum ipſe ſit miniſterialis Imperii. ibid.

Imperator pro ſervitio officia principibus tribuit, eosque membra Imperii eſſe juſſit. ibid.

Imperator homines cenſum præſtantes imperio, principibus & aliis hominibus ſibi gratis, commendavit cum cenſu, qui erat imperii, ut hunc perciperent, & nil aliud, cum nollet ab imperio aliquem ſeparare. ibid.

PRIVILEGIATI.

Cuncti, quibus Imperator ſpeciales gratias ſecundum privilegia largitus eſt, nihilominus frui poſſunt communi bonorum jure, quod Imperator per totum orbem conceſſit. II. LXXIII. 55

PROCESSUS FORMA.

Imperator, ubi de veritate conſtat, judicet ſine forma proceſſus. I. XIV. 10

Nemo in re dubia de aliquibus bonis judicio conveniatur, niſi prius eum de re reſtituenda amice monuerit. II. XCI. 64. II. CIV. 70

Si in eo refragetur, jure conſueto actionem de ſuo movere debet. ibid.

Tunc judex terminum conſtituet, poſt quatuordecim dies. ibid.

Is, qui actionem movet, alteri per nuntium juratum id notum reddi curet, adverſus quem illa movetur. ibid,

Si reus adeſſe velit prima die, illi licet. ibid.

Si id diferre velit, habet tres ejusmodi terminos, & ſufficit ſi in ultimo adſit illic, ubi prædium eſt ſitum. ibid.

Impeditus neceſſitate legali, mittat nuncium fide dignum, qui ſi ipſi actor non fidem adhibeat, jurare tenetur. ibid.

Nuncio jurante denuo terminus XIV. dierum dandus eſt usque ad ultimos XIV. dies. ibid.

Tum vero reo etiam venire non valente, honeſtum aliquem mandatarium conſtituat, ad reſpondendum de tota re, periculo principalis. ibid.

Judice & ſcabinis domum ejus intrare volentibus, poteſt etiam decumbens proprietatem ſuam defendere. ibid.

Judex actori juramentum injungat, ſe actionem juris cauſa movere & de bono jure ſecurum eſſe, in quantum id intelligat. ibid.

Quid judex & Scabini actorem interrogare debeant? II. XCI. 65

PROCLAMA. conf. CONTUMACIA.

Actor curet eum, qui judicium fugit nominetenus vocari coram Cæſare, tribus quatuordecim dierum terminis, ut reſpondeat actionem adverſus eum inſtituturo. I. XXX. 18

Occultans ſe nec comparens, quando Cæſar eum vocat, & ultimum etiam quatuordecim dierum terminum eludens contumacia ſua, jus ſuum perdat. ibid.

PROCURATOR.

Cuilibet homini macula carenti conceſſum, ut pro altero proponere aliquid aut cauſſam dicere poſſit. I. XII. 9. III. XV. 104

Procuratori permiſſum eſt, ut ter cauſam ſuam oret, aut etiam pluries, ſi eo opus, donec Scabini de tota re plane ſint edocti. I. XII. 9

Procurator curare debet, ut principalis ſuus bono jure nitatur. ibid.

Procurator ſi cauſam injuſtam defendit, aut injuriam pro jure venditat, nunquam amplius ad procurandum pro alio admittatur. ibid.

Judex unumquemque jubere poteſt, ut alterius cujusque cauſam agat, coram Imperatore. I XII. 10

Lingua debet dividi cum illis, qui balbutientes ſunt. ibid.

Idque ideo, ne homo eloquens verboſitate ſua prævaleat illi, qui cauſam ſuam rite eloqui non valet. ibid.

Si procuratores cauſæ renunciare ſine dolo velint, id fieri poteſt coram Judice, ſed non alibi. II. I. 23

Homo plenæ ætatis poteſt ſibi procuratorem in cunctis negotiis conſtituere, quin etiam cum eo contrahere, ut absque procuratore nihil agat. II. XXXIII. 37

Qui cum eo contraxit, non poteſt de rebus ſuis poſtea diſponere, niſi ille conſentiat, cui promiſſio facta, alias honorem perdit. ibid.

Niſi procurator ipſe juri ſuo renunciet. ibid.

PROMISSA.
Quicunque alteri aliquid promittit, illud etiam præstare tenetur. II. XXXIX. 40
Si homo coacte quid promittit, Imperator eum solvere promisso tenetur. IV. VIII. 116
PROPRIETARIUS. conf. ALLODIUM. FEUDUM. HUBARIUS.
Domini proprietatis judicare possunt de lite, de bonis aut prædio quodam mota, non autem illi, qui in aliorum bonis tantum sedent. II. XXIV. 32
Quod hubarii & homines, quorum est proprietas, sub fide proprietatis & bonorum coram Imperatore rite de unoquoque deponunt, attendi meretur de jure, coram Imperatore. II. CXIX. 87
PROPRIUS HOMO. vid. HOMO PROPRIUS.

R.

RAPTOR. RAPINA. conf. FURTUM.
Deprehensus ejusmodi homo, qui hominum aliorum res invadit aut rapit, ab orbe eliminari debet. II. XLII. 41
RELIGIOSI LOCI. vid. MINISTERIALES.
REUS.
Qui ad judicium per nuncium vocatur & partes rei sustinet, omnino rite percipere debet, ad quem locum vocetur, & illic expectare, deinde vero accedere ad judicem & scabinos, quibus notum reddat, se vocatum adesse, ut jus suum defendat. I. XXII. 14
Nominet & vocari curet eum, qui sibi litem intentavit. ibid.
Si taceat, litis damno afficitur, præsens licet in judicio sit. I. XXII. 15
Reus, qui adversam sententiam tulit in judicio, res ab actore petitas tradere debet ante solis occasum. I. XXIV. 15
REUS CRIMINIS. conf. MALEFICIUM.

S.

SCABINI.
De omnibus interrogari debent a judice. I. VII. 6
Scabinus, cui vitium imputatur, non rogandus est a Judice. I. VIII. 7
Imperator per totum Imperii ambitum, quoque in loco ex numero habitatorum eligi jussit certum numerum hominum, quibus in jure & judicio opus esse queat. I. X. 7
Scabinorum ea qualitas requiritur, ut possint esse plene Imperatoris consortes. ibid.
Scabinos Imperator potestate sua judicandi & determinandi lites hominum instruxit in sede Imperatoris ad hoc determinata. ibid.
Scabinis liceat ore Imperatoris uti ad jus administrandum, secundum æquitatis ductum. I. X. 8
Sed non nisi juramento prævio, ut quisque eo rectius juri attendat. ibid.
Scabini se separare debent ab improbo ac reprehensibili. ibid.
Scabinus præsente Imperatore potest socium sibi eligere, & nemo exterorum ibid.
Scabinus quilibet habeat annos plenos discretionis, nimirum viginti quatuor. ibid.
Scabini ex iisdem causis deponuntur, ex quibus judex ab officio dejicitur. ibid.
Scabini de nullius hominis vita judicare tenentur, qui notorie mortis reus est. ibid.
Scabinis res toties proponenda, quousque eam plane & plene intelligant. I. XII. 9
A Scabinis pendet lucrum aut damnum litis. I. XXII. 15
Scabini homines instruant, cum ipsis commissum sit os Cæsaris. I. XXXI. 8
SCORTATOR.
Si quis scortetur cum virgine aliqua intemerata (moniali) & hoc in peccato deprehendatur, decapitari debet. II. LXI. 50
Qui Deo dicati, sine macula conservari debent. ibid.
Pœna virginem decipientis sub spe matrimonii. II. LXXXIII. 59
SEDES IMPERATORIS. vid. JUDICII LOCUS.
SENATUS.
In senatum tales recipiantur, quibus Imperatoris & civitatis honor conservetur. IV. XXIII. 124
Imperator jussit eos eligere obtentu gratiæ imperii, hoc est juramento. ibid.
Electus nunquam destituatur, etiamsi satis prudens non sit. ibid.
Si accedat legitimum crimen, cum honore simul munus suum perdit, etiam civi-

civitate, ubi ſenator fuit, ei interdicendum. IV. XXIII. 124
Excepto eo caſu, ubi ex ſtupiditate peccatum. ibid.
Qui ſenatus membrum eſſe cupit, in omnibus prudentia fulgeat. ibid.
SERVUS.
Non judicare poteſt de bonis domini ſui. II. XXIV. 32
Quisque, qui facultatem habet miniſtros & ancillas alere, in eos jus habet nullum, niſi illud, quod ad miniſterium pro mercede pertinet. II. XXVIII. 34
Si lis inter dominum ac famulum naſcatur, ille, qui innocens eſt, alteri ſervitium renunciare permittitur. ibid.
Si dominus ſervo injurias reales injuſte inferat, quibus damnum aut contumelia illi naſcatur, id emendari debet Imperatori. ibid.
Domini in eligendis miniſtris ſibi proſpiciant. II. XXIX. 35
Miniſter cui dominus adminiſtrationem bonorum commiſit, res domini alienare & diſſipare poteſt, ita ut eæ domino invertantur, licet injuria ſervi. ibid.
Dominus nominibus a miniſtro contractis ſatisfacere tenetur. ibid.
Servus, qui alteri usque ad finem illius temporis, quo pactum interceſſit a miniſterio fuit, mercedem capiat, antequam ædibus domini egrediatur. Dominus in hoc negligens tenetur ad omne intereſſe ex mora. II. XXX. 35
Dominus de eo non conqueri poteſt, in quo durante miniſterio læſus eſt, & miniſtrum nihilominus retinuit. ibid.
Si quis ad mercedem diurnam contrahat, illa ei præſtanda eſt ſtatim, quod ſi non fiat, & is cui debetur, ideo conqueratur, ei emenda præſtanda eſt talis, qualem exigit Imperator. II. XXXI. 36
Servus Imperatoris ſententiam de jure non ferat. II. CXIX. 87
SERVITIA BONORUM.
Servitio duplici bona gravari non debent. II. CXIX. 86
Quidquid ſervit Imperatori, exemtum eſt a dominio privatorum, & quicquid ſubditorum ſervitio adſcriptum, non eſt Cæſaris. ibid.
Qui aliquem adigit, ut fidejuſſores conſtituat, ne ex ſervitio aut pago migret, is jure vitam & bona perdidit erga Imperatorem. IV. VIII. 116
SILVARUM JUS.
Marcæ termini per exteros ne diminuantur, & ligna cædantur moderate, ut ſilvæ non devaſtentur. II. LVII. 48
Si in ea habitantes marcæ terminos circumire velint, & ipſis lis cum aliis oriatur, ita ut vi a viſitatione finium abſtinere cogantur, tunc in reditu vocare ipſis licet omnes, quorum bona in marca ſita ſunt. II. LVII. 49
Si quis vocatus non adſit, perdit jus, quod ratione bonorum in marca ſitorum habet, quousque in ejus ſunt poteſtate. ibid.
Si in ſequela immorigerus bona ſua in marca vendat, ea ad alium delata, priſtina jura recuperant. ibid.
Si quis exterorum ad marcam non ſpectantium ligna in ea cædens deprehendatur, captivus eſt ad marcam ſpectantium & perdit omnia, quæ cum ipſo deprehenduntur. II. LVIII. 49
Si ex ſilva in campum evadat, ſilvam cuſtodientibus non eſt jus eum invadendi, aut pignora capiendi, ſed actionem inſtituant in judicio. ibid.
Quando ex marca evadit ſine ulla perſecutione, non amplius reſpondere tenetur omnibus marcæ condominis. ib.
Excepto caſu, ſi jam alius ligna ab eo ablata, cecidiſſet, ſecundum jus marcæ, in ſuum vel communitatis vel orbis commodum. ibid.
Cui cuſtodia ſylvæ commiſſa eſt, de omni damno reſpondere tenetur, quod in ſylva accidit, niſi illud fiat apparentibus ſpectris, aut eo in ſervitio Imperatoris, communitatis negotiis aut morbo occupato. II. LIX. 50
Si cui foreſtarii ipſi currum lignis plenum permittant, ſi deinde eum avehat ſine condominorum marcæ conſenſu & poſtea quocunque demum loco deprehendatur, pari modo tenetur, ac ſi foreſtarii ipſi nihil conceſſiſſent. II. LX. 50
SUPPLICIUM.
Necari nemo debet, niſi crimen admiſerit, quod morte dignum ſententia judicatum ſit. I. XXXVIII. 21
Vel pacem publicam Imperii violaverit. ibid.
Imperator morte afficiendus ſi aliquem occi-

occidat, qui crimine ſuo adverſus imperium id non meruerit. I. XL. 21

SUSPECTUS. vid. INDICIA.

T.

TERMINUS JURIS.

Terminus quatuordecim noctium conſtituendus eſt ad comparendum (in actione de rebus mobilibus & immobilibus) & contumax reus lucente adhuc ſole condemnandus. I. XV. 10. I. XXX. 18

Si vero actio mota ſit de bonis immobilibus, ſive ſint propria, ſive emphyteutica, judex terminum ultra quatuordecim dies præfigat, usque ad meridiem & ita porro, donec tres id genus juridicæ elapſæ. I. XV. 11

Quoad terminos eodem jure cenſentur bona propria & emphytevtica, nimirum terminus dandus trium quindenarum & trium dierum. ibid.

Feudalis res pro ſingulis terminis tres dies & ſex hebdomadas requirit. ibid.

In termino communi duarum noctium expediendi ſunt peregre advenientes. I. XVI. 11

Quando civis de peregrino conqueritur, jure communi quoad terminos utitur. I. XVII. 12

Terminus ter quatuordecim dierum conſtitutus eſt, in quo quis jus ſuum probare poſſit. I. XVIII. 12. II. XCI. 64

TESTAMENTUM.

Quilibet de bonis ſuis diſponere poteſt, ſive ſit ſurdus, ſive mutus, ſive claudus, nec per fratres aut nepotes impediri dolo poteſt. II. XXXV. 38

Hoc autem facere non poteſt, ſi mentis defectum patiatur, licet corpore ſit ſanus & firmus. ibid.

Qui amico ſuo bona ſua dare vult, poteſt hoc jure facere, ita tamen ut ea ſimul ei tradat, cum alias nulla alteri ſit ſecuritas. II. XXXVI. 38

Qui bona ſua alteri relinquere velit, poſt mortem ſuam, dare debet per traditionem judicialem. II. XXXVII. 39

TESTIS. TESTIMONIUM.

Teſtimonio ſi quis in judicio uti velit, teſtes ſuos ſimul adducat, vel ad eorum teſtimonia provocet. I. XVIII. 12

Teſtis in judicio ortu æqualis eſſe debet filio Cæſaris, (id eſt, legitime natus) I. XIX. 13

Teſtis coram Imperatore adhibendus, annorum diſcretionis compos eſſe debet. ibid.

Teſtis notus eſſe debet Imperatori, ſcabinis & viris honeſtis. ibid.

Res omnis probari poteſt tribus hominibus, qualiscunque demum ſit, niſi de vita agatur. I. XX. 13

Duobus teſtibus tantum exſtantibus, aliquis etiam per ſe teſtari poteſt de veritate coram Cæſare in ſua cauſa. ibid.

In defectu teſtium, homo nulla macula laborans excuſare ſe poteſt de indiciis. I. XLI. 22

Falſus teſtis per omnia ſimilis habetur perjuro. II. III. 24

De falſo teſtimonio convictus non eſt in Imperio tolerandus. ibid.

Falſus teſtis non habeat poſſeſſionem bonorum in Imperio, nec eo unquam admittatur. ibid.

TRADITIO.

bonorum inter vivos.

Conf. WARANDIA.

Qui amico ſuo bona ſua dare vult, poteſt hoc jure facere, ita tamen, ut ea ſimul ei tradat, cum alias nulla alteri ſit ſecuritas. II. XXXVI. 38

judicialis.

Vide TESTAMENTUM.

falſa.

Traditione falſa nemo ſe excuſare poteſt. II. CX. 74

TRANSACTIO.

Vid. COMPOSITIO AMICABILIS. PROCESSUS FORMA.

TUTELA.

Parentibus mortuis liberorum tutela adminiſtretur per proximos a parte patris, non autem de latere materno. II. XXXII. 36

Si patruus eorum deſit, aut rei ineptus deprehendatur, proximus ab eo id agat. ibid.

Quan-

Quando omnes eo ſpectantes id agere nequeant, Imperatoris præfectus conſtituat honeſtum & bonæ fidei virum, qui huic negotio ſuperſit. II. XXXII. 36

Hic gerat tutelam ſine damno, nec ei poteſtas eſt bona diſſipandi, excepto caſu neceſſitatis. ibid.

Quod ſi præfectus, aut cui ille tutelam commiſit, in officio ceſſent, eorum corpus & bona Imperatoris vindictæ ſubjacent. ibid.

V.

VIDUARUM JUS.

Uxor, quæ cum marito debita contraxit, iis ſatisfaciat. II. L. 44

Uxor debitis ſatisfacere non tenetur, quæ quamprimum marito ſuprema præſtitit, non revertitur in ædes, unde is elatus eſt, & ſine fraude omnia illa ſuo loco relinquit, quæ illic aut alibi ſunt. ibid.

VIDUALITIUM.

Imperator vidualitium mulierum ſemper ab omni actione liberavit. II. L. 44

Si uxori dotalitium aſſignatur, quærere conſtituturus debet ejusmodi bona, quibus uxor non defraudatur. II. LI. 44

Uxori bona dimittat maritus, ut in eorum poſſeſſionem intret, & ſine ullo mariti impedimento de illis pro lubitu ſtatuere poſſit. II. LI. 45

Rem hanc, ut dotalitium ſuum defendere poteſt in judicio, ſi opus ſit. ibid.

Quoties certa ſumma mobilium uxori in dotalitium aſſignatur, debet illam maritus tradere diſcretis viris, quo eorum cura, intra annum in immobilia convertantur. ibid.

Uxore & marito ſine liberis defunctis, quodlibet dotalitium eo reverti debet, unde dimanavit, niſi pactum interceſſerit, proprietatem vidualitii uxoris eſſe debere. ibid. & II, XCVIII, 67

Vidua, ſi de vidualitio conveniatur, omne jus habet, quod vir ad defenſionem proprietatis. II. LII. 45

Adverſus dotalitium uxoris Judex ne decernat, ſi maritus ſe obligaverit, & ad ſolvendum creditoribus executione cogi debet. ibid.

Uxor vivo marito vendere aut alienare nequit dotalitium. ibid.

Maritus non cogere poteſt uxorem, ut dotalitium diſtrahat. II. LII. 46

Quacunque cautione quis utatur, nihilominus uxor dotalitium ſuum ſemper evincit. ibid.

Qui in vidualitii conſtitutione ſunt præſentes, procedant ſecundum conſtitutiones juris imperii, ne uxores defraudentur. ibid.

Maritus uxori in immobilibus ſuis dotalitium ad certum usque quantum conſtituens, deinde morte ſolutus, neceſſitatem heredibus imponit vidualitii præſtandi. II. XCVIII, 67

Si maritus & uxor immobilia ab illo matrimonio illata, teneant ſimul, & improles ſint, maritus vero uxori jam dotalitium conſtituerit, poterit bona ſua dare, cui vult. II. L. 68

Exceptis tamen iis bonis, in quibus uxoris dotalitium radicatum eſt. ibid.

Etiam de mobilibus ſuis diſponit pro lubitu, niſi eorum uſumfructum uxori pactus ſit. ibid.

Qui uxori dotalitium conſtituere vult ex bonis Imperii, is quærat bona condominio non obnoxia, nec oppignorata. III. XXXIII. 110

Feudum hocce, (quod uxori in dotalitium dare vult) debet reſignare in manus Imperatoris, qui ideo uxori inveſtituram faciet, & litteras conſcribi deſuper jubebit. ibid.

Si vero dotalitium vir conſtituere velit in bonis condominos habentibus, omnium condominorum conſenſu ei opus eſt. III. XXXIII. 111. Addit. in not. 1)

VINDICTA SUI IPSIUS.

Jus ſi quis ipſe ſibi dicere velit, Imperator ab eo rationem exigat, cur Imperator judicandi auctoritatem amiſerit. I. XXXV. 20

Is, cui ab altero nocetur, de ea conquerat Imperatori, neque se ipsum vindicet. II. XLIV. 42

Contra hoc peccans dupliciter id Imperatori emendare debet. ibid.

Illi, qui se ipsum vindicat, nulla emendatio præstanda. II. LXXVII. 57

UXOR.

Uxoribus nullum est jus in bonis mariti, nisi per pactum, aut ob dotalitium. II. C. 69

W.

WARANDIA.

Qui bona emit, illa emat coram iis, qui sciunt, quo pacto venditor bona illa hactenus obtinuerit. II. XCII. 65

Hi jurato deponere debent, venditorem bona tenere secundum constitutiones Imperatoris, ut jure vendere queat. ibid.

Deponentes sint hubarii in civitate aut pago, ubi bona sita sunt. ibid.

Si tunc emtori damnum aliquod accidat, hoc hubarii præstare tenentur. ibid.

Qui bona vendidit & fidejussores constituit de Warandia anno dieque præstanda, & publice in judicio bona alienavit, hic traditionem legitimam fecit ei, qui rem emit. II. CVI. 71

Sed bona dolo ablata hic excluduntur. ibid.

Fideiussores obligatione solvuntur, quando is, qui bona emit, anno in illis sedit sine interpellatione legitima. ibid.

INDEX
RERUM PRAECIPUARUM
IN
ORDINE JUDICIARIO
JURIS PROVINCIALIS
CONTENTARUM.

A.

ABSENS.
vid. *CONTUMAX. PROSCRIPTUS.*

ACCUSATIO.
Accusatoris iurantis capiti imponendæ sunt reliquiæ sanctorum. Cap. XXIX. pag. 166 XLIX. 190 191

Accusatio probatur sex testibus iuratis. ibid.

Accusatorie agitur, contra eum, qui in flagranti deprehensus est. XLVII. 186

Contra reos criminum, post quorum perpetrationem nox præteriit. ibid.

Contra eum, qui non captivus & ad respondendum paratus est. ibid.

Contra fugitivum. ibid.

Cum clamore accusari debent, quatuor facinora de vulneribus, homicidio, rapina vel furto manifesto & stupro violento. XLVIII. 187

Conf. *CLAMOR.*

Accusator, qui reum convincere non potest tanquam pacis violator puniendus. XLIX. 190

De pœna iniuria accusantis. LII. 196

Accusator assertionem suam iuramento probare potest. XLIX. 191

Accusatione dilata, accusator satisdationem de lite prosequenda præstare debet. L. 192

Accusator, quando nec bona possidet, nec fideiussores invenit, custodiendus a nuncio iudicii, Fronebode dicto. ibid.

Accusatus si est liber & scabinatus capas, quomodo contra accusatorem procedere possit. ibid.

Accusatus, quomodo ad Judicium supremum quod in Comitatu est, vocetur? ibid.

Accusator affirmans, reum facinus ex imbecillitate mentis non patrasse, probare debet per Indicem & sex scabinos. ibid.

Accusator, qui alterum criminis manifesti accusare vult, si Iudex domi non sit, vel nuncio Judicii, vel in domo iudicis, adhibitis testibus, indicet, ne facinus hesternum fiat. LI. 194

Accusatus de facinore manifesto, si qualitas facinoris manu septima comprobata est, in instanti proscribendus. ibid.

Actore præsente, nec accusationem instituente, proscriptus liberatus est. LII. 196

ACHT.
vid. *PROSCRIPTIO.*

ACTIO.
est vel civilis, vel criminalis vel mixta. V. 135

ACTIONES CIVILES.
quæ dicantur? V. 135
harum objecta sunt debita, bona & id, quod dicitur *Anevangk.* ibid.

Actio civilis ob debitum.
Qui hanc contra alium instituit, interroganti reo indicet, ex quanam causa reus teneatur? VI. 136

Actio ob debitum.
ex caussa hereditaria.
qui post mortem alicuius debitum ab herede exigit, probare illud debet. X. 139

Probatio fieri debet per LXXII Scabinatus capaces, liberos viros & legitime natos. ibid.

Heredi debitum solvendum, cuius pretium habeat. ibid.

Debitum autem solvendum ex pretio hereditatis mobiliaris. ibid.

ex fideiussione.
Si contra quem ex caussa fideiussionis

agitur, illi vel affirmandum, vel negandum. IX. 138
Octo quæstiones exceptionales, hac in causſa obſervandæ. ibid.

ex mutuo.

Procurator ex capite mutui agens, proponat iudici poſtulationem actoris. VII. 136
Reo non præſente, roget ut citetur reus ſupra XIV. noctes. ibid.
Actione ſecunda vice repetita, petat ea propter teſtimonium iudiciale. ibid.
Tunc iterum citatio decernitur ſupra XIV. noctes. ibid.
Eodem modo agendum tertia vice. ibid.
Reo rurſus non comparente, pignora actori capienda ſunt. ibid.
Pari ratione res ſe habet, quando de re immobili agitur & tertius in poſſeſſionem eius mittitur. ibid.
Reus, ſi debitum negat, cauſſa eius maiori in iure favore gaudet, ac poſtulatio actoris. VIII. 137
Sin reus dicat, actorem iuri ſuo renunciaſſe, actor id refutabit iuramento ab ſe præſtito. ibid.
Reus iuramento ſi probat, ſe actionis, cuius arguitur, reum non eſſe, vel etiam debitum in actionem deductum ſoluiſſe, extra omnem dubitationis aleam res poſita eſt. ibid.
Ita etiam agendum, ſi probatio per teſtes peragatur. ibid.

ex uſurpatione.

Eſt, ſi actor dicit, poſſidere alium aliquid, quod ſibi meliore iure competat. XI. 139
Bona, quæ hac actione vindicantur, ſunt vel mobilia, vel feudalia, vel propria, vel hereditaria. ibid.
Actio non minus, ac exceptiones, ſunt triplicis generis. ibid.
Cautelæ circa hanc actionem obſervandæ. XI. 140

Actiones civiles, quibus bona ſive res mobiles vindicantur.

ex commodato.

vide *COMMODATUM.*

de emtis bonis.

vide *EMTIO.*

ob res inventas.

Inventor quomodo probet, ſe rem fortuito inveniſſe. XII. 141
Qui bonum inventum mobile legitime vindicavit, tenetur ad refuſionem impenſarum. ibid.
Inventor rem inventam per ſex ſeptimanas intactam ſervare debet. ibid.
Inventor denunciationem & cuſtodiam rei probare debet duobus viris honeſtis. ibid.
Inventor negando & occultando furtum committit. ibid.
Occultatio tamen rei inventæ nec corpori nec Exiſtimationi Inventoris detrimento eſt. XII. 142
Indicitur autem Reo in commodum Judicis mulcta, & actori emendam ſolvere debet. ibid.
Quomodo emenda comparata & quando parata eſſe debeat? ibid.
Auxilium ferunt Iudex & núncius Judicialis. ibid.

A) Actiones civiles ob feuda

Si feudum emtum, pretio ſoluto nondum traditum ſit. XVIII. & XIX. 151
Si frater cum fratre feudum dividere nolit. XVIII. 151 XX. 152
Si duo feudi poſſeſſores pignus ceperint vel alter alterum poſſeſſione dejicere velit. XVIII. 151 XXI. 154 XXII. 156

B) Actiones civiles ob allodium.

Si unus alterum coheredem velit præſcriptione ſubmouere. XXII. 150 XXIII. 156 157
Vel tanquam natalibus imparem repellere. XXII. 156 XXIV. 159
Vel allodium ſine heredum conſenſu alii tradere. XXII. 156 XXV. 160
Vel quando duo unum idemque bonum petunt, ita ut eorum quilibet id ad ſe pertinere dicat. XXII. 156 XXVI. 161
Vel quando bonum aliquod ab altero ut allodium & hereditarium, ab altero ut feudum petitur. XXII. 156 XXVII. 163

C) Actio civilis per modum, qui dicitur Anevangkh.

Ob rem furto vel rapina ablatam; ſed nunc deprehenſam. XVII. 149
Conf. *ANEVANGH.*

Actio Criminalis.

Ita nominatur, quod reus in cauſa criminali victus pœna adficitur V. 135 XXVIII. 164

Quin-

Quintuplex eſt pœna, quam Jus ſtatuit, adimens homini vel vitam, vel ſanitatem, vel jus ſuum, vel exiſtimationem, vel ſecuritatem. ibid.
Et quadruplicis ſunt generis querelæ criminales in formato iudicio obvenientes XLVII. 186
Conf. *ACCUSATIO.* Item *IN FLAGRANTI.* Item *NOX.* Item *ANEFANGH.* Item *FUGITIVUS.*

Actio de quatuor facinoribus
Nempe vulneribus, homicidio, rapina vel furto manifeſto, & ſtupro violento, quæ cum clamore accuſari debent, quomodo inſtituenda. XLVIII. 187
Reus de his accuſatus evocandus ad reſponſionem, prima, ſecunda & tertia vice. ibid.

ACTIONES MIXTAE.
Duplex ratio earum. XXX. 167
Aliæ civiliter quidem inchoantur, ſed in criminalem degenerare poſſunt. V. 135 XXX. 167
Aliæ criminaliter quidem inſtitutæ, ſed in civilem tranſeunt. ibid.

Actio mixta, civiliter inchoata in criminalem degenerans.
ob iniuriam realem
Quomodo civiliter inſtituta a verberato, in criminalem tranſeat? XXXI. 167
Aeſtimatoria. XXXII. 169

ob manus rebus furtivis injectas, ſive per modum, qui dicitur Anevange.
Quomodo actio, per Anvangk civiliter cœpta, criminalis fieri queat? XXXIII. 170

ob promiſſa non præſtita
Si reus promiſerit actori, ſe illum indemnem ſeruaturum, quando fortuna aduerſa, ſeruum quem occideret, qualis actio inſtituenda. XXXIV. 171
Actor, quomodo Vrphedam, ab alio promiſſam probare debeat. XXXIV. 173

Actio mixta criminaliter cœpta in civilem tranſiens.
Clamore incipitur. XXXV. 174 XXXVI. 175 XXXVII. 177

Prima eſt, ob damnum, vehendo per agrum conſitum datum.
Si quis viam per alterius terram arabilem ducit, atque hic eius rei cauſſa pignus poſtulet, quod ab illo negetur, quomodo actor actionem inſtituere debeat? XXXV. 174
Reus iudicio tres ſolidos ſoluere debet, & nihilominus actori pignoris cauſa ſatisfacere. XXXV. 175

Secunda, ob homicidium ab infante vel mente capto admiſſum.
Si infans aut mente captus aliquem interemit, quomodo actio inſtituenda? XXXVI. 175
Quis pro eo reſpondere debeat. XXXVI. 176
Mente captus committere nihil poteſt, quo corpus aut vitam amittat. ibid.
Actor affirmans, reum facinus ex imbecillitate mentis non patraſſe, probare debet per Iudicem & VI. Scabinos. ibid.

Tertia, ob quodcumque homicidium caſuale vel ab ignorante perpetratum
Si quis aliquem caſu fortuito interemit, & quomodo actio inſtituenda? XXXVII. 177
Hoc facto tantum ad Werigeldum obligatus eſt. ibid.
Quando Werigeldum ſolvendum? ibid.

Actiones falſo mixtæ, civiliter quidem inchoatæ ſed in criminalem degenerantes, quarum auctores mali homines ſunt.
in cauſa debiti.
Quando Reus iuramentum de defectu teſtium & de innocentia ſua, ad quorum utrumque ſe paratum obtulit, præſtet, & quid obtineat, ſi forte receptum non ſit præſtiturus. XXXVIII. 178 XXXIX 179
Quando debitor ſolum vertit, adeoque actor rem ei creditam ſibi furto ſubreptam queritur. XL. 180

ACTIONUM FORMULAE.
vid. *FORMULA.*

ACTOR.
Agat in iudicio, qui fundatam intentionem ſe habere arbitratur II. 130
Procuratorem petat a Judice. ibid.

Nominet procuratorem, quem desiderat nomine eius noto. II. 131
Cautela triplex actori observanda. ibid.
Actor procuratorem, qui pro illo postulare negat interroget, cur patrocinium deneget? ibid.
AESTIMATIO IN JURIARUM.
Quo pacto fiat? XXXII. 169
Actor si æstimatorie ad nimis grandem summam agat, tunc Reus absolvendus potius, quam condemnandus. ibid.
AGNATI.
Num in successione hereditaria propiores sint cognatis? XXIII. 158
Conf. *HEREDITARIA SUCCESSIO.*
ALLODIUM.
Per annum & diem in proscriptione perseverantis Imperio cedit. LI. 194
ANEVANGK, sive DEPREHENSIO.
Conf. *ACTIO CIVILIS per modum qui dicitur Anevangk.* Item *ACTIO MIXTA civiliter inchoata in criminalem degenerans ob manus rebus furtivis injectas, sive per modum qui dicitur Anevange.*
Est objectum actionum civilium. V. 135
Hac ratione actores bona mobilia vindicare possunt. XI. 140. XIV. 145
Eo modo, res furibus ereptæ repetuntur. XV. 146. XVII. 149
Opinio eorum, qui dicunt modum, qui dicitur Anefangk, non habere locum, nisi circa res furto aut rapina ablatas, non est fundata. XI. 140 XIV. 145
Vir quilibet, ubi rem suam invenit, ibi vindicare potest. ibid.
Quid reo respondendum, si quis rem per Angevangen vindicare velit, quam tamen ipse reus produxit vel contexuit, vel contexendam curavit? XVII. 150
Res furto ablatæ, quomodo per Anevangh vindicentur; si reus furtum neget? XXXIII. 170
APPELLATIO.
vide *IMPUGNATIO SENTENTIAE.*
AQUAE FERVENTIS EXAMEN.
Conf. *PURGATIO.*
Per immissionem brachii usque ad cubitum, quando obtineat. XXXIII. 171 LII. 197

B.

BANNITUS.
vide *PROSCRIPTUS.*
BONA.
COMMODATA. EMTA. HEREDITARIA. IMMOBILIA.
vide *COMMODATUM. EMTIO. HEREDITAS. IMMOBILIA.*

C.

CADAVER.
Occisi in iudicium solebat ferri & accusato ob homicidium ante oculos poni. XLVIII. 187 & 188
CAPTIVUS.
Captivus in iudicium ductus, vel ad duellum obligatus, sententiam impugnare non potest. XLII. 184
Qui non captivus & ad respondendum paratus est, accusatur querela criminali. XLVII. 186
Captivus fideiussione interposita dimittendus dummodo in manifesto facinore deprehensus non sit. XLIX. 189
Si quis fortasse proscriptum deprehendat, eum Iudex & scabini in custodiendo reo iuvare debent. L. 193
A) CASUS FORTUITUS.
Exceptio Rei qui actori casum præstare promisit. XXXII. 168
Si quis aliquem casu fortuito interemit, quomodo actio instituenda. XXXVII. 177
B) CAUTIO.
Si auctor eius rei quæ repetitur, sub iurisdictione aliena degit, possessor cautionem coram iudice præstet, donec auctor ad respondendum citatus fuerit. XIV. 145
Inactione mixta ob debitum instituta Reus deficiente fideiussore, ipse fideiussor esse debet, & in custodia retinetur. XXXVIII. 179
Accusator quando nec bona possidet nec fideiussores invenit, custodiendus a nuncio iudicii, Fronebode dicto. L. 192
Proscriptus si proscriptione exemtus est, compareat in proximis tribus diebus judicialibus & si fideiussoribus careat, custodiendus. LII. 195
C) CAUTELAE.
Actori observandæ. II. 131
Procuratoris. III. 132 IV. 133

D) CITATIO.
Ex capite mutui reus abſens citatur ſupra XIV. noctes. VII. 136
Reo tertia vice citato, non comparente, quid actori faciendum. ibid.
Dominus in collatione feudi recta a vasallo acceptare debet. XXII. 283
Conf. MANNSCHOP

HOSTENDITÆ.
Sunt decimus denarius annuarum perceptionum, quas vasallus ex feudo habet. XIII. 269
Dandæ domino, si vasallus servitia præstare per se non potest, quæ jam alii præstitit. ibid.
Conf. SERVITIA.

I.

IGNORANTIA.
Vasallus ad judicandum vocatus, si ignorantiam alleget, impetrat a domino dilationem judicii usque ad XIV. noctes. IX. 257
Non excusat reum, ob denegarum domino honorem, accusatum. XII. 267

IMPEDIMENTUM LEGALE.
Vide EXCUSATIO LEGALIS.

INJURIA.
Vasallus is feudum accipere non potest, cum quo dominus actionem habet coram Judice provinciali ob injuriam illatam. Cap. XXII. pag. 282

INVESTITURA.
Si dominus moriatur, vasallus eam a filio domini petere debet. XXI. 281
Si moriatur vasallus, liberi ejus a domino illam petant. ibid.
Si vasallus domini moriatur sine herede, ejus vasalli petere tenentur investituram a defuncti vasalli domino. ibid. & XXIII. 284
Si quis feudum venditum resignet, ille, qui in hoc succedere vult, investituram a domino petat. ibid.
Quomodo Dominus investituram in feudo hereditario dare debeat. XXII. 281
Vasallus hanc petens, domino offerat fidem & servitia (syne Mannschop) prima, secunda & tertia vice. XXII. 282
Expectare debet sententiam usque ad XIV. dies. ibid.
Qui juris feudalis incapax declaratus est, aut non gaudet clypeo militari, investiri non potest. ibid.
Quod tamen fit, si a delicto liberetur, & denuo investituram petat intra annum & diem. XXII. 283
Si dominus dare velit investituram sine osculo, vasallus quaerat, anne obstrictus sit, vel nolens acceptare homagium. ibid.
Si dominus assumat homagium, neque vasallo conferre velit bona cum globulo, vel alio quodam simili, hic dominum de jure cogere potest. ibid.
Dominus obstrictus non est, in feudo, quod pater solus possidet, investire plures filios. ibid.
Investitur itaque solus majorennis, qui domino securitatem praestat pro fratribus. ibid.
In feudis hereditariis non opus est possessionis assignatione, per dominum facienda. XXII. 284
Si vasallus vendat bona, haec a domino accipere debet is, qui illa emit. XXIII. 284
Dominus obstrictus non est conferre bona emtori, nisi hoc velit. ibid.
Si plures vasalli bonum a domino petant, dicantque, quod simultanee investiti sint, dominus non pluribus, nisi uni eorum dare tenetur. XXIII. 285
Si quis petat renovationem investiturae super bono, quod non possidet, vel ex quo non percipit utilitatem, & quod etiam nemini contulit, illi bonum hoc de jure conferri non potest. ibid.
Dominus si probare potest, vasallum alias de bono pensionem annuam praestitisse, hoc feudum tanquam rectum concedere non obstrictus est. ibid.
Vasallus affirmans feudum non amplius esse censuale, sed suum rectum, prae domino ad probationem admittendus. ibid.
Durante minorennitate vasalli, dominus subvasallos ejus ad serviendum cogere potest. XXIV. 286
Dominus utitur fruiturque feudo minorennium, usque dum primogenitus ad XIII. annos pervenerit. ibid.
Vasallus investitura subsecuta obstrictus est nominare bona. ibid.
Conf. NOMINATIO FEUDI.

JUDEX.
Est omnis dominus inter semetipsum & vasallum suum. I. 252
Conf. DOMINUS.
Sententiam ferre non potest in causis feudalibus, nisi is, qui sit perfectus quoad clypeum militarem. IV. 253
Excipitur id licere contra dominum, qui imperfectos investivit. ibid.
Qui possidet feudum castrense, non potest judicare contra illum, qui possidet feudum rectum. ibid.
Convictus feloniae non judicatur a domino feudi, sed judex provinciae est judex ejus competens. ibid.
Vasallus sententiam injuria sequi detrectans, emendam & mulctam solvit. IX. 257
Forum seculare etiam est forum competens Clerici. IV. 253
Quilibet perfectus, quoad clypeum militarem, judicare potest Principes & liberos coram eorum & suo domino, excepto eo, quando agitur de feudo principatus. ibid.

Ille fert ſententiam ſecundum majora aſſeſſorum. Cap. IX. pag. 257

JUDICIUM FEUDALE.

Dominus judicium formans, interroget unum ſuorum vaſallorum, ut audiant duo alii, an citare poſſit quendam vaſallorum. VII. 254
Tunc reus citetur ad locum quendam denominatum. ibid.
Conf. CITATIO.
Dominus jubere poteſt vaſallos ſuos, ut interſint judicio feudali. ibid.
Hoc ab alio domino etiam juſſi, huic primum ſe ſiſtant, qui primus eos juſſit. ibid.
Dominus in judicium ſecum afferat ſex vaſallorum ſuorum, una cum apparitore. IX. 256
Quaerat ex vaſallo ſententiam, an judicii formandi tempus ſit. ibid.
Judicium feudale ter formandum eſt, ſi reus contumax ſit, isque ſemper ter citandus eſt. X. 261
Dominus quodlibet judicium feudale contra contumacem probare debet cum duobus vaſallorum. ibid.
Si vaſallus bona a domino ſibi aſſerta jam a ſequeſtro liberaverit, quo in contumaciam erant nexa, nec tamen reſpondeat ad id, propter quod citatus eſt, judicium feudale iterum formari poteſt. X. 263
Quid a vaſallo neceſſario omittendum, qui in judicio feudali comparere debet. X. 264
Vaſallus jus ſuum in bonis probare poteſt per ſeptem vaſallorum domini, quos ipſe eligit. XXIV. 287
Si dominus quosdam de illis non produxerit, quos tamen producere debuiſſet: hoc vaſallo ſufficit. ibid.
Vaſallus in locum abſentis alium adducere poteſt teſtem. ibid.
Si dominus juret, eum non eſſe vaſallum ſuum, adhiberi non poteſt. ibid.
Si dominus non veniat in die praefixo, vaſallus retinet bona. ibid.
Quod ſi autem vaſallus non appareat, perdit bona. ibid.
Conf. CITATIO. PROBATIO. PROCESSUS. SENTENTIA.

JURAMENTUM.

Vaſallus ignorantia juris ſe excuſans, & hoc ſub fide vaſallitica, domino jam praeſtita, aſſerens, non denuo ad juramentum cogi poteſt. IX. 257
Praeſtandum ob impedimentum legale, aut ab ipſo domino citato, aut a nuncio ejus. IX. 258

A procuratore quomodo praeſtandum, qui bonum ſequeſtro datum eo liberare vult. X. 262

Quomodo praeſtandum a vaſallo ad judicium citato, ob honorem domino denegatum. XII. 267

Vaſallus ſi ſit praeſens, & dominum jurare permittat, quod non ſit ſuus vaſallus, neque ei contradicat, perdit omnia bona, quae habet a domino. XXIV. 287

Vaſallus, qui ſententiam reprobare vult, juramentum ſuper ſanctos praeſtet, quod hoc ſecundum jus faciat. XVII. 294

JUS FEUDALE.

Ejus origo atque ratio. Prol. 251
Octo praecipue notanda circa ordinem judiciarium in hoc jure. ibid.
Docet dominos, quomodo jus ſuum requirere debeant, & quomodo ſententias ferre, damnumque avertere. ibid.

Vaſallus accuſatus, quod non praeſtiterit ſervitia ad avertendas calamitates publicas provinciae, ad hoc non reſpondere tenetur ſecundum jus feudale. XII. 269

Qui perdit jus ſuum feudale, inde ſubjectus fit juri provinciali. XVI. 277

JUS PROVINCIALE.

Contra feloniae convictum ſententia ferri poſthaec non poteſt a domino feudi, ſed judex provinciae eſt judex ejus competens. IV. 253

Quando vaſallus domino ſuo ſecundum illud reſpondere debeat. XIII. 269

In caſu, quo vaſallus de ſervitio ſecundum jus provinciale ſatisfacere obſtrictus eſt domino, qui ſimul eſt judex provinciae, non amplius illi ſolvit, quam id conſuetudinis provinciae. XIII. 270
Conf. JUS FEUDALE. PROCESSUS.

L.

LOCATIO, CONDUCTIO FEUDI.

Si a vaſallo pro cenſu doloſe fiat, quomodo is puniatur. Cap. XX. pag 279
Nemo poteſt eſſe alterius conductor, pro certo cenſu, qui de meliore aut eadem nativitate eſt, ac ſuus locator. XX. 280
Vaſallo non licet iterum locare arces, urbes, vel jurisdictionem, vel ſervitutes. ibid.
Nemo bona, quæ tanquam conductor habet, alteri locare poteſt. ibid.
Nōn eſt cuiquam permiſſum habere conductorem, qui bona illa conducta non ipſe colat, vel ex eis utilitatem percipiat. ibid.

LOCUS JUDICII.

Dominus non poteſt judicare in loco curiæ feudalis, ſi is locus ſit devaſtatus. V. 253
Rex Romanorum in caſtris & urbibus judicare poteſt, quæ muris cincta non ſunt. ibid.
Dominus judicare nequit in templo aut cœmeterio. V. 254
Neque etiam in curia vel ſub tecto. ibid.
Si vaſallus feudum poſſideat, quod dominus ab imperio habet, tunc illi in hoc terminus aſſignetur. VII. 255
Si vaſallus feudum habet ex domini proprietate ad talem locum citari poteſt. ibid.
Si prædium habet tanquam feudum, cujus qualitas ignota, tunc eum dominus citet in locum quemcunque velit, modo ſimul denominandum. ibid.

M.

MAJORENNIS.

Ei conceditur feudum hereditarium, ubi plures adſunt heredes. XXII. 283
Hic tenetur ſecuritatem præſtare domino, ne a ceteris fratribus conveniatur. ibid. & XXIV. 286
Si reliqui majorennes fiant, tunc etiam bona petere debent a domino. XXII. 284
Si in id non conſentiant, quod dominus fratri feudum contulerit, hic frater dominum liberare debet a ceteris. ibid.
Quod ſi non faciat, dominus eum privat feudo, & confert in aliquem eorum, in quem conſentiunt. ibid.
Si moriatur frater, in quem collatum eſt feudum, antequam reliqui majorennes ſint, hoc illos non impedit in petitione feudi ſui. ibid.
Quomodo vaſallus majorennitatem ſuam probare debeat. XXIV. 286
Majorennis ſecundum jus feudale ille eſt, qui attigit annum decimum tertium. ibid.
Ab eo tempore incipit ſpatium annuum, ubi ſubvaſalli bona a majorenni recipiunt, ſive dominus hos ad eum mittat, ſive non. ibid.

MANNSCHOP. Fides vaſallitica.

Eam vaſallus, qui feudum hereditarium petit, domino offerat tribus vicibus. XXII. 282
Dominus in collatione feudi recti, obſtrictus eſt eum recipere a vaſallo. XXII. 283
Eſt fides, quæ inter dominum & vaſallum eſſe debet. ibid.

Conf. FEUDUM. INVESTITURA.

MARITUS.

Vitalitii uxoris nudus curator eſt. XXV. 290

MINORENNIS.

Contra vaſallum teſtari non poteſt. XIII. 269
Vaſalli minorennis ſubvaſalli domino durante minorennitate ſervitia præſtare debent. XXIV. 286
Non autem illi durante minorennitate vaſalli bona ſua a domino recipere poſſunt. ibid.

MULCTA.

A vaſallo danda, qui in judicio ſententiæ ſine ratione ſontica contradixit. IX. 257
Etiam ab illo, qui ob actionem feudalem citatus, die judicii usque ad meridiem non apparuit. X. 260
In eam incidit procurator, qui aliter petiit ſententiam, quam ipſi fuit demandatum. X. 263
Quomodo vaſallus ſe liberare poſſit a mulcta. X. 264
Vaſallus mulctam meretur, qui in judicium feudale ſecum adduxit homines, domino fide non obſtrictos, ibid.

Etiam qui comparet cum quocunque armorum genere. Cap. X. pag. 264
Nec non, qui annulos & fibulas in judicio non deponit. ibid.
Præſtanda a vaſallo, ter e colloquio vocato, neque apparente, XII. 266
Semel ſolvenda de jure domino a vaſallo, qui ter ſententiam reprobavit. XXVII. 295
Propter unam cauſſam non duæ dantur mulctæ XXVII. 297

N.

NOMINATIO FEUDI.

Vaſallus inveſtitura ſubſecuta nominet bona a domino accepta. XXIV. 286
Hoc faciendum ſtatim, vel elapſis XIV. noctibus. ibid.
Quod ſi intra hoc tempus non nominaverit, bona perdit. ibid.
Si nominet bona, quæ dominus pro ſuis non agnoſcat, citetur ad judicium feudale. ibid.

NUNCII.

Ad concomitandum eum, qui ſententiam reprobavit, quales eſſe debeant. XXVI. 295
A quo & quomodo alimentandi ſint. ibid.
Conf. CITATIO, REPROBATIO SENTENTIAE.

O.

OPPIGNORATIO FEUDI.

Qualem pœnam mereatur. XXIX. 279
Conf. FELONIA.

P.

POENA.

Principis a Rege Romanorum citati, neque comparentis. VI. 254
Conf. PRINCEPS.
In majus vaſallus a domino directo condemnari non poteſt, quam ad pretium feudi, quod ab eo habet. ibid.
Conf. EMENDA. MULCTA.

POSSESSIO.

Si lis inter dominum & vaſallum oriatur de feudo, ille qui meliorem probationem de poſſeſſione feudi ſui afferre poteſt, illud retinet. XV. 274
Poſſeſſionem feudi derelinquens feloniam committit. XVII. 277
Vaſallus qui bonum ſuum alteri pro cenſu locavit, ſimulata ſubinfeudatione, cenſu in tertium aliquem translato, perdit illud, niſi poſſeſſionem ejus intra VI. ſeptimanas iterum apprehendat. XX. 280
Pater in filium non tantum confert bona, ſed etiam poſſeſſionem. XXII. 283

Anni & diei

Dominus, ſi bona vaſallo abjudicata ob contumaciam prehendat, eaque per annum & diem ſine interpellatione poſſideat, ſemper ut ſua tenet. X. 262
Vaſallus cui bona a Caſtrenſi, inſcio domino caſtri in feudum rectum collata ſunt, licet ea per annum & diem poſſideat, tamen mortuo illo, a quo habuit, iterum perdit. XXVI. 293
Conf. PROCESSUS.

PRÆSCRIPTIO.

vide POSSESSIO.

PRINCEPS.

A Rege Romanorum ad diem ſtatutam ad judicium feudale citatus neque comparens, in pœnam centum librarum auri condemnatur. VI. 254
Non amplius in uno die, quam ter in hanc pœnam condemnari poteſt. ibid.

PROBATIO.

Quomodo formatum fuiſſe judicium feudale, a domino probandum. X. 261
Quomodo formanda a domino, cujus bonum vaſallus in alium transferre vult. XV. 274
Quomodo probandæ excuſationes vaſalli in hoc caſu. XV. 275
Si dominus & vaſallus probare velit theſin ſuam ſecundum jus provinciale, vaſalli probatio præferenda. XV. 276
Si vero unus probet ſecundum jus feudale & alter ſecundum provinciale, prioris probatio præfertur. ibid.

Vbi in feudo probatione opus eſt, quod non ſit cenſuale, ſed rectum, vaſallus præ domino ad probationem admittitur. Cap. XXIII. pag. 285

Quomodo vaſallus majorennitatem ſuam probare debeat. XXIV. 286

Quomodo vaſallus jus ſuum in bono, quod dominus non pro ſuo agnoſcere vult, probare debeat. XXIV. 287

Quomodo expectativa probanda ſit. XXIV. 288

Quomodo vaſallus, qui contra dominum quoad clypeum militarem aut nativitatem ejus excipere vult, hoc probare debeat. XXIV. 289

Quomodo femina poſſeſſionem boni, quod ei in vitalitium datum, probare debeat. XXV. 291

Quomodo inveſtitura, poſſeſſio & etiam perceptio fructuum probanda ſit. XXIX. 305

Conf. JURAMENTUM. TESTIS.

PROCESSUS.

civilis

ob bona feudalia hereditaria.

Si dominus hæc tantum uni fratrum contulerit, alteri cui collatio denegatur, inſtituat actionem contra fratrem coram judice provinciali & agat ſecundum jus provinciale. XXVIII. 301

ob feudum rectum.

Si duo litigent propter hoc & uterque ob illud pignoret, competit judici provinciæ, ut illis bonum interdicat mittatque nuncium ad dominum, ſi nempe ambo hanc rem ab uno eodemque domino recognoſcant. XXIX. 305

Quod ſi vero quilibet eorum hanc cauſam ad dominum ſeparatum trahere velit, tunc peragendum ſecundum jus provinciale. ibid.

ob feudum caſtrenſe.

Si duo de hoc litigent, ille potior eſt jure qui primus in poſſeſſionem miſſus eſt. XXXI. 307

Hoc autem probare debet cum duobus vaſallis domini. ibid.

Si dominus non plures habeat, quam duos caſtrenſes, confeſſio domini ſufficit pro probatione. ibid.

Qui jurisdictionem ſuperiorem habet in bonis, a ſubjectis illi exigit præſtationem hoſpitii. XXX. 308

Vaſallus, qui nudus eſt conductor bonorum domini, ad nihil amplius obſtrictus eſt, quam quod conductionis modus poſtulat. ibid.

Si cui feudum caſtrenſe collatum eſt, uxorque defuncti poſſeſſoris gravida ſit, hæc bona non cedere obſtricta eſt, prius quam ſciat, num hic partus non ſit heres feudi caſtrenſis. ibid.

In actione ob feudum caſtrenſe, ubi duo æqualem proferunt probationem, ille qui gaudet clypeo militari, minime præfertur ei, qui hoc caret. ibid.

Mulcta domino danda docetur in jure feudali. ibid.

Si quis feudo ſuo caſtrenſi abſens privetur, ad recuperationem ejus non longius tempus habet, quam VI. hebdomades. ibid.

Conf. JUS PROVINCIALE.

Feudalis.

ob bona feudalia hereditaria.

Reus citatur in locum, in quem dominus velit. XXVIII. 298

Vbi lis eſt inter fratres de diviſione boni, quod a patre hereditatis titulo habere deberent, exceptio illius, qui bona hæc ſibi a patre & a domino collata fuiſſe aſſerit, eo non ſufficit, ut ſolus detinere poſſit. XXVIII. 299

Exceptio fratris, quod cum patre habuerit ſimultaneam inveſtituram, non ei adjumento eſt, contra fratrem, cum quo feudum dividere debet. ibid.

Neque frater cum patre in feudo, quod pater ipſe reſignavit & cum eo iterum recepit, adeoque frater fructum ſimul percipit, id excluſionis reliquorum liberorum cauſſa egiſſe cenſendus. ibid.

Frater non obſtrictus eſt ad dividendum feudum cum fratre, qui patri non æqualis eſt quoad nativitatem, quoniam mater ejus fuit filia ruſtici, licet libera. ibid.

Frater dividere tenetur bonum cum fratre ſuo, licet hic factus ſit vaſallus ſocii ſui. XXVIII. 300

Si autem hic ita abjecti domini vaſallus fuerit factus, ut plane perdiderit jus clypei ſui militaris, nempe ſi acceperit a vaſallo, qui tantum ab uno latere gaudet clypeo militari, diviſionis bonorum apertorum ut & vaſallorum patris ſui particeps fieri non poteſt. ibid.

Nemo privari poteſt propter morbum feudo ſuo, quod ipſi ante morbum jam fuit collatum. ibid.

Si quis dicat fratrem ob infirmitatem feudi incapacem eſſe declaratum, hic autem neget, potior eſt ad ſe defendendum, quam ille. ibid.

Filius qui patre adhuc vivente feudum reſignavit, mortuo illo hoc repetere non poteſt. ibid.

Si dominus feudum uni tantum fratrum contulerit, & alteri partem ejus petenti, inveſtituram neget, hic nondum inveſtitus, reſtitutionem ſuæ partis impetrat coram domino ſuperiore. XXVIII. 301

ob feudum rectum.

Si ambo in poſſeſſione ſunt, ille ad feudum, de quo lis orta, obtinendum præferendus eſt, qui unam tantum horam prius poſſedit. XXIX. 302

Si uterque per idem temporis ſpatium poſſederit, hic potior, qui fructus percipit. ibid.

In caſu, ubi unus bonum poſſedit, & fructus ex eo percepit, alter autem de hoc conqueſtus eſt, id non nocet, niſi forte inde tacens querelas ſuas non proferat coram domino & quidem quotannis, tunc enim jus, quod in feudo habet, perdit. ibid.

Vaſallus, cujus bona pignorata ſunt, ſi hoc non denunciaverit domino, mulctam ſolvit. ibid.

Si duo de feudo recto litigant, qui uno eodemque tempore inveſtiti ſunt, ille feudum retinet, qui priorpoſſeſſionem ejus prehendit. ibid.

Si dubium eſt, quis prior fuerit, teſtimonia ferenda a vicinis, & cui potior pars annuit, is bona retinet. ibid.

Quodſi a circumſedentibus extricari non poſſit, & unus litigantium jam ſit in poſſeſſionem miſſus, hic potior eſt ad retinendum, dummodo miſſionem domini in poſſeſſionem probare poteſt. XXIX. 303

Probatio hæc fit per nuncium domini, qui eum in poſſeſſionem mittere debebat & cum duobus vaſallis. ibid.

Domino confitente, quod utrique eorum contulerit feudum, obſtrictus etiam eſt eos in poſſeſſionem mittere & præſtare Warandiam. ibid.

Quod ſi dominus recuſet, tunc deferenda eſt res ad dominum ſuperiorem. ibid.

Si vero dominus confiteatur id uni, & alteri neget, neuter autem poſſideat, is cui dominus confeſſus, intuitu adverſarii ſui admittitur ad juramentum ſuppletorium. XXIX. 304

Vbi autem jus eorum tam æquale, ut dijudicari non poſſit, uterque jus ſuum juramento probet, & tunc feudum illis dividitur & dominus unicuique partem ſuam aſſignare debet. ibid.

Qui jam conſecutus eſt poſſeſſionem per inveſtituram ſymbolicam tantum ſine

ſiſſe aſſignatione reali, & in ea fuit per unum annum & ſex hebdomadas, potior eſt ad bona retinenda, quam ille, cui dominus poſtea aſſignare vult. ibid.

Inveſtituram factam eſſe & poſſeſſio probatur per ſex vaſallos domini, & perceptio fructuum per ſeptem viros integros qualeſcunque. Cap. XXIX. pag. 305

ob feudi expectativam.

Expectativa & de ea facta inveſtitura abuſiva probatur per duos vaſallos, qui collationem audiverunt, viderunt que. XXX. 305

In caſu, ubi uni conceſſa eſt expectativa in feudum denominatum, alteri autem vage in bonum primum aperiundum, priori feudum prae poſteriore concedendum. ibid. & 307

Si cui feudum expectativa tali primo fuerit collatum, poſtea a domino omne jus feudale ademtum, neque deinde ſecunda vice nominetenus expectativa collata, omne in eam perdit jus. XXX. 306

Quod ſi autem vaſallus ipſe jure egerit & obtinuerit, habet tunc feudum & expectativam eo modo, ac ſi ejus nunquam fuerit privatus. ibid.

Si etiam quis in bonis alicujus expectativam habeat, qui bona reſignet adhuc ſanus, & deinde moriatur, poſthaec nihil juris amplius in bonis habet. ibid.

Quod ſi autem retrovendantur, dominusque expectativam alteri conferre velit, vaſallus, qui antea expectativam habuit, propior eſt. ibid.

Si autem dominus contulerit cuidam feudum, quod tertio jam conceſſerat de futuro, & bona perveniant poſtea ad filium domini, aut alium, tunc expectativa ultima praefertur priori. ibid.

Vaſallo, in cujus feudum inveſtitura abuſiva conceſſa, poſtea filio adhuc prognato, in cujus obitum inde tertius aliquis abuſive inveſtitus, praefertur is, qui filio per expectativam ſubſtitutus eſt. ibid.

Sin autem hic filius non ex aequali thoro natus ſit, collatio in obitum ejus non impedit collationem priorem. ibid.

Si quis emat expectativam in feudo cujusdam vaſalli, hic autem reſignet bona, dominusque conferat alteri, non obſtrictus eſt emtori reddere pecuniam dominus, niſi ſpeciatim promiſerit. XXX. 307

In cauſa de feudo in futurum dato, ille, qui probare poteſt, quod prior fuerit tempore, alteri praefertur, & ſufficit confeſſio domini, neque ulteriore probatione opus eſt. ibid.

Conf. JUS FEUDALE.

PROCURATOR.

In cauſa feudali non poteſt eſſe, qui non eſt vaſallus domini, nec proſcriptus, vel bannitus, vel prima denunciatione ſub poena proſcriptionis notatus. III. 253

Licitum eſt in judicio feudali, ſi omnes contra aliquem conſentiant aſſumere unum vaſallorum, qui pro eo loquatur. IX. 257

Quomodo eligendus & conſtituendus a domino, actore; & is id agere teneatur. X. 259

Dominus ſi de ſententia rogetur, & vaſallus ideo ab eo interpellatus dixerit ſe caſum non ſatis noſſe, dominus eum non exponat, ſed ideo procuratorem ſuum interroget. ibid.

Sin pro vaſallo procuret, hic a domino interrogandus, an conſentiat in id, quod ille protulit. X. 262

Cliente contrarium afferente, procurator mulctam meruit. Cap. X. p. 263

PROSCRIPTUS.

Procurator esse nequit in judicio feudali. III. 253

Neque etiam testimonium ferre potest. XIII. 268

Neque tandem succedere potest in feudo. XXII. 282

PROSCRIPTIONE PRIMA NOTATUS.

Vide VORVESTET.

R.

REPROBATIO SENTENTIÆ.

Conf. NUNCIUS.

Deferenda ad dominum superiorem. XXVII. 294

Qui reprobare vult, per juramentum super sanctos asserere debet, quod hoc secundum jus faciat. ibid.

Repeti debet tribus vicibus, ulterius autem non licet. ibid.

Si reprobantis tres reprobationes nullius sint momenti, unicuique vasallo, qui sententiam est sequutus, emendam dabit, & domino mulctam. XXVII. 295

Si ter appellaverit eodem die, una est causa secundum jus, sed tres secundum consuetudinem. ibid.

Qui non vasallus est domini, sententiam reprobare non potest. ibid.

Qui nihil aliud habet a domino, quam feudum castrense, reprobare non potest sententiam contra eum latam, qui possidet rectum. ibid.

Neque ille, qui non natus ad clypeum militarem, contra eum, qui hunc habet. ibid.

Sententiam de jure reprobans, petat nuncios, qui sint duo vasalli domini, ad se concomitandum. ibid.

Hi a domino alendi sunt pane & cervisia. ibid.

Abire debent intra tres dies, & elapsis sex septimanis reverti. ibid.

Quid nuncius & ille, qui reprobavit sententiam, coram domino superiore loqui debeat. XXVII. 296

Dominus superior, priusquam sententiam ferat, colloquium inire debet cum vasallis. ibid.

Permissum est appellare gradatim a domino ad dominum, usque ad Imperatorem. XXVII. 296

Ad quem etiam appellatur, statim, si feudum ex domini proprietate datum. XXVII. 295

Reprobans, si causa cadit, mulctam praestare debet domino, & satisfacere nunciorum alimentis, eique, qui sententiam pro se obtinuit, solvere emendam. ibid.

Emendam etiam dabit unicuique vasallorum, qui sententiam a qua, quam ille reprobavit, simul approbaverat. ibid.

Quomodo haec emenda comparata esse debeat. ibid.

Judicio feudali usque ad VI. hebdomades, propter reprobationem dilato, si reprobans non compareat in die postea praefixo ad audiendam sententiam, reliquum etiam causae perdit. XXVII. 297

Excipitur tamen, si dominus probare non posset; se vasallo hunc diem notum feciisse. Cap. XXVII. pag. 297

Tamen in hoc casu vasallus ad audiendam sententiam in appellatorio ferendam denuo citari potest. ibid.

Si dies praefixa sit feriata, sententia publicetur in proxima. ibid.

RESIGNATIO FEUDI.

Filius, qui patre adhuc vivente feudum resignavit, repetere hoc, isto mortuo, non potest. XXVIII. 300

REX ROMANORUM.

In castris & urbibus, quorum muri destructi sunt, judicare potest. V. 253

Si Principem ad diem statutam in judicium feudale videt, hic autem non compareat, qualis hujus emenda sit. VI. 254

S.

SAMENDE HAND.

Vide SIMULTANEE INVESTITI.

SENTENTIA.

Vide JUDEX.

SERVITIA.

sunt vel aulica, vel bellica, vel ad avertendas calamitates publicas tendentia. XIII. 268

Intermissio eorum quomodo puniendа. ibid.

Conf. FELONIA.

Servitia bellica denuncianda sunt VI. septimanis antea. ibid.

Aulica autem VI. septimanis & I. annum. ibid.

Vasallus duobus dominis ad servitia obligatus, si priori jam praestiterit, ab altero, qui posterior eum requisivit, liberari potest, si ipsi det decimum denarium annuarum perceptionum. XIII. 269

Solutionem hujus decimi per duos viros probos, qui hoc juramento corroborant, probare debet. ibid.

Vasallus in parte orientali fluvii Salae domicilium habens, ad nulla alia servitia cogi potest, nisi in Bohemia, aut Polonia, aut Vandalia sint praestanda. ibid.

Imperii subvasallus ad ea Imperii vel aulica servitia non est obstrictus, quae dominus ipse praestare haud deberet. ibid.

Vasallus, qui servitia praestitit, cum Rex Imperator fuerit coronatus, ullo non afficiendus est damno, si in reditu ad domicilium constitutus tum alia intermiserit. ibid.

Vasallus a domino, qui simul est praeses provinciae, actione pulsatus ideo, quod haud praestiterit servitia ad avertendas calamitates publicas provinciae, ad hoc respondere debet secundum jus provinciale. ibid.

Neque amplius quid praestare obstrictus, quam id consuetudinis provinciae est. XIII. 270

Si de solutis hostenditiis vasallus non habeat testem, dominus autem praestationem per arrestum in bonis ejus exigere potuerit, neque neglexerit, juri suo eo ipso renunciasse censendus est. ibid.

Si plures a domino habeant feudum, dominus eum, a quo servitia praestanda sunt, hoc jubeat sententia. XIV. 270

Excusatio legalis, qualis sit ob intermissa servitia. ibid.

Quomodo probari debeat. ibid.

Ob intermiſſa ſervitia aulica aut bellica vaſallus perdit bona, quae ad illa praeſtanda a domino habet. Cap. XIV. pag. 271

Ob intermiſſa ſervitia judicialia, ſi nempe ad judicium formatum feudale non venerit, perdit mulctam. ibid.

Si autem dominus ſibi in judicio ideo vindicaverit feudum, eo caſu etiam illius exſors eſt. ibid.

Si dominus inimicitias denunciet vaſallo, vaſallus excuſatur & eo etiam in caſu, ubi ipſi petenti inveſtitura non praeſtita, tum enim retinet feudum abſque ſervitiis. ibid.

Dominus vaſallo bona petente, ex quovis vaſallorum ſententiam quaerat, quid juris ſit. ibid.

Si probare nequeat, ſe inveſtiturae cauſa vaſallorum ſententiam rogaſſe, & ideo inveſtituram adhuc diſtuliſſe, vaſallus ad ſervitia non obligatur. ibid.

Vaſallus, ſi petat feudum hereditarium a domino, eique, ut de jure debet, offerat fidem & ſervitia, neque dominus id ipſi ſtatim conferat, retinet bonum abſque ſervitiis. XXII. 282. 283

Vaſallo adhuc minorenni, interea ſubvaſalli ejus domino ſervitia praeſtare debent. XXIV. 286

Servitia Imperii etiam ſunt illa, quae praeſtantur Capitaneo Imperii. XVI. 277

SIMULTANEE INVESTITI.

Duo a domino unum tantum poſſidentes feudum, de quo ſimultanee inveſtiti ſunt, non admittuntur ut ſinguli ſimul ad teſtimonium contra alium vaſallum. XIII. 269

Si ſint plures vaſalli, qui petant bonum a domino tanquam ſinguli, & dicant, ſe in id ſimultanee inveſtitos eſſe, dominus non pluribus, quam uni dare tenetur. XIII. 285

Femina, cui vitalitium in feudum datum eſt, cujus nondum poſſeſſionem conſecuta, vivo illo, qui id reſignaverat, hoc perdit, niſi agnatum habeat, qui ſimul inveſtitus ſit, & petat inveſtituram pro ſe & hac femina. XXV. 290

Filius cum patre in feudo, quod hic jam reſignavit, non ita ſimultanee inveſtiri poteſt, ut fratri ſuo noceat. XXVIII. 299

SUCCESSIO HEREDITARIA.

Locum in feudo non habet, ſi filius vaſalli, qui ſuccedere deberet, teſtibus aliis vaſallis probare non poteſt, quod a domino ita petierit, aut ei obtulerit fidem ſuam, uti de jure debuiſſet. XXII. 282

Porro rite inveſtitura negatur, ſi dominus contra ſucceſſorem actionem habeat coram judice provinciali ob injuriam illatam. ibid.

Nec non, ſi ſucceſſor ſit bannitus, vel prima proſcriptione notatus in eo judicio, ubi dominus domicilium habet, aut proſcriptus. ibid.

Etiam ſi juris feudalis incapax ſit declaratus, aut ſi non gaudeat clypeo militari, ibid.

Heres jus ſuum negligit, qui cum jam liberatus ſit a banno vel proſcriptione, tempus anni & diei praeterlabi patitur, neque bona a domino petit. XXII. 283

A quo tempore pater poſſeſſionem feudi habuit, ab eo etiam filius poſſeſſionem ſuam computare poteſt. ibid.

Dominus feudum a patre poſſeſſum, non obſtrictus eſt liberis ejus dividere,

re, ſed confert uni eorum nempe natu majori. ibid.

Si vaſallus, qui feudum petit, ſolus majorennis ſit, præſtet ſecuritatem pro fratribus ſuis. Cap. XXII. pag. 284

Si reliqui fratres majorennes fiant, etiam bona a domino petere debent. ibid.

Hi fratrem natu majorem, vel in feudo confirmant; vel ſi non conſentiant, neque frater ſenior dominum liberare poſſit, feudum aut dividitur aut confertur in eum, in quem conſentiunt. ibid.

Si moriatur frater, in quem collatum eſt feudum, antequam reliqui majorennes fiant, hoc illos non impedit in jure ad feudum. ibid.

Exceptionem nota, ſi pater liberis bonum dimiſiſſet adhuc vivus, vel ſi in id ſimultanee inveſtiti fuerint, poſſeſſionemque eo vivo habuerint. ibid.

T.

TEMPUS JUDICII.

Non poteſt eſſe die feriata aut feſto, nec poſt meridiem, multo minus poſt ſolis occaſum. V. 254 XXVII. 298

Dominus quo tempore vaſallum citare non poſſit. ibid.

Dominus qui vaſallum citari, juſſit, exceptare debet uſque dum ſol ſe inclinare incipiat, hoc eſt uſque ad meridiem. X. 260

Conf. JUDICIUM FEUDALE.

TERMINUS.

XIV. noctium dandus vaſallo ad judicium feudale citato. VII. 255 X. 260 263

TESTES. TESTIMONIUM.

A domino producendi, pro formato judicio feudali probando, ſint duo vaſalli, qui clypeum gerunt militarem & fidelitatem juraverunt. X. 265

Conf. PROBATIO.

Domino competit eligere teſtes, quot & quales velit, ibid.

Teſtes juramento affirment, reum ter citatum & judicium legitime formatum eſſe. ibid.

Vaſalli ad teſtandum adducti, ob juramentum fidelitatis domino jam præſtitum, non obſtricti ſunt ad novum juramentum, ſed fide illius, quod domino jam præſtitum deponunt, ſi vero excipiatur, jurare ſolum debent, ſe domino homagium præſtitiſſe. XIII. 268

Ab utroque latere ad clypeum militarem natum non eſſe, non habere quinque ſolidos, minorætas, favor, bannum, citatio ſuper banno, & proſcriptio imperii, repellit a teſtimonio. XIII. 269

Neque etiam duo, qui a domino unum tantum poſſident feudum, in quod ſimultanee ſunt inveſtiti, teſtari poſſunt ſigillatim contra alium vaſallum. ibid.

In caſu ob intermiſſa ſervitia, quando vaſalli probatio præferenda ſit probationi domini. XIV. 271

V.

VITALITIUM.

Dominus feminæ vitalitium, quod illi a majoribus ejus in feudum datum, quod autem vivo refutante in illius gratiam, actu nondum poſſederat, concedere non obſtrictus eſt. XXV. 290

Excipitur caſus, ubi agnatus ſimultanee cum illa inveſtitus ſit, ibid.

Maritus, ſi uxori ſuæ vitalitium conſtituere velit, domino reſignet bona & ea iterum accipiat, una cum uxore. Cap. XXV. pag. 290

Feudum uxori in vitalitium datum, neque dividi, neque vendi aut locari poteſt in detrimentum ejus. ibid.

Maritus etiam vitalitium uxoris reſignare non poteſt. ibid.

Quid feminæ obſervandum, ſi is, qui cum ea ſimul accepit feudum moriatur, ut poſſeſſionem ſola & plenarie nanciſcatur & jus ſuum conſervet. ibid.

Poſſeſſionem vitalitii femina probat per juramentum illius in ſanctos. XXV. 291

Quomodo clericus collationem vitalitii ſui petere debeat mutatis perſonis. ibid.

VORVESTET.

In judicio, contra alium vaſallum teſtari non poteſt. XIII. 269

In eo judicio, ubi dominus domicilium habet, in feudo ſuccedere nequit. XXII. 282

AUCTARIUM DUPLEX

SEU

METAPHRASIS

DICTIONUM ET VOCUM OBSOLETARUM

IN

UTROQUE ORDINE JUDICIARIO

JURIS

PROVINCIALIS ET FEUDALIS

OBVENIENTIUM.

I. IN JURE PROVINCIALI.

A.

Anſprake,
Actio. *ſlechte*, ſimplex. Lib. I. Cap. XI. pag. 140

Antworder,
Reus. I. I. 129

Anvank,
Vindicatio boni, quod alius injuſte poſſidet, I. XI. 140. XVII. 149

Anvangen,
Vindicare. ibid.

Angevangen goit,
Bonum vindicatum. I. XXXIII. 170

Averacht,
Bannus ſuperior. I. XXIX. 159

B.

Beheyndicheit,
Cautela, ſagacitas. I. II. 131

Berue lude,
Viri honeſti. I. XV. 146

Boete, bude,
Buſſe. Mulcta. I. III. 132

Borgen,
Burger. Civis. I. V. 135
Item Borg, Debitum. I. VI. 135

Borgtucht,
Cauſa fidejuſſionis. I. IX. 138

Bruchliche Miltikait,
Sponſalitia largitas. II. VIII. 215

Buſterliken,
Fortuito. I. XII. 141

C.

Cloet,
Gloſſa. I. I. 129

Coninx bane,
Bannus regis. I. XLI. 181

Creſam,
Chriſma. II. XXIII. 238

D.

Dagen,
Diem, terminum præfigere. I. VII. 136

Dienſtmann,
Miniſterialis. I. XXIV. 159

Dingh,
Judicium. I. I. 129

Dingen,
Ad judicium citare. I. XXI. 155

Dinglude,
Homines judiciales. I. XXIX. 166

Dingplichtich,
Jurisdictioni ſubjectus. I. VII. 136
Item Scabinus. XLVI. 185

Dingſate,
Dedecus. I. I. 129

Dinkſtatt,
Judicii locus. I. L. 192

Duke,
ſæpe.

Woe ducke,
Quoties. I. III. 132

E.

Ee, neue,
Novum teſtamentum. II. XXV. 244

Ee, alte,
Vetus teſtamentum. 248

Ewig clage,
Actio quæ in heredes transit. II. I. 201

G.

Gebalemundet,
Infamia notatus. I. LI. 194

Gedaen goit, haue,
Bonum commodatum. I. XIV. 144

Gedinge,
Dies judicii. I. XXI. 155

Gelaefften, Gelobede,
Fidejuſſio. I. VI. 135

GEWERE, Ein Gewers-Mann,
Auctor. I. XIII. 142

Giffte.
Donatio. I. XXVI. 161

H.

Hanthaftige daet,
Crimen manifeſtum, I. XXXVI. 175
XLVII. 168

Hantdedige lude,
Homines in manifesto facinore deprehensi.
L. I. Cap. XXIX. pag. 167

Hegedinge, *Hogedinge*,
Judicium formatum. I. XXIV. 172. 173

K.

Koep,
Venditio. I. XXVI. 161

Kule, *Kyele*,
Galea, Navis. II. XXII. 235. 236

L.

Lauen,
Promittere. I. XX. 152

M.

Magen,
Cognatus. I. II. 131

Myete,
Dos. II. VIII. 216

O.

Oem,
Cognatus. I. XXIII. 158

Vedder,
Agnatus. ibid.

Ohsaten,
Accolæ. I. XXVI. 163

Onderweyndinge, Unterwindung,
Injusta usurpatio boni alterius. I. VI. 136

Ondermwinden,
Usurpare. I. XVI. 148

Onrechte lude,
Quibuscum nulla jurium communio.
I. II. 131

Ontsedden, ene clage,
Actionem instituere. I. XXXV. 174

Ordelvinder,
Scabinus. I. XXXVI. 176

Orude,
Urpheda. I. XXXIV. 173

Ouermachte clage,
Actio ob crimen, cujus post perpetrationem nox præteriit. I. L. 191

P.

Panner,
Vexillum majus. II. XXIII. 138

R.

Rechteloſe lude,
Homines infames. I. CII. 131

S.

Saikwolde,
Procurator. I. II. 131

Scheuen,
Scabini. I. I. 129

Seelgerette,
Testamentum. II. II. 203

Settinge,
Constitutiones. I. XXVIII. 164

Stauener, *Eidstauer*,
Der den Stab bey der Abschwörung des Eides vorhält. I. VIII. 137

von Swerthaluen.
Jure agnationis. I. XXIII. 158

von Spielhaluen,
Jure cognationis. ibid.

Swertmage,
Agnatus. I. XXXVI. 176

Swone,
Reconciliatio. I. XXXIV. 173

V.

V. pro *in*,
Vos. Ubique.

Varende Frow.
Scortum. II. XXV. 247

Vedder, vide *Oem*.

Verdeilen,
Privare, incapacem reddere. I. LI. 194

Vergenglike clage,
Actio, quæ mortuo Reo desinit. II. I. 201

Verlauen,
Transigere, I. XX. 152. 153

Verlouen,
Proscribere, I. L. 193

Verschatten ene clage,
Aestimatorie agere. I. XXXII. 169

Verveſtet,
Proscriptus. I. XXIX. 165. LI. 193

Verwinnen,
Convincere. I. XLIX. 190

Verwurkes gud,
Bonum quod fiscus vindicat. II. XII. 223

Vestinge,
Proscriptio. I. LI. 193

von Ungeschicht,
Forte fortuna. II. VI. 211

Ungehundert von dem Vader,
A patre nondum emancipatus. II. II. 203

zu Unpflicht verdun,
Dissipare. II. II. 204

Voirspreke,
Procurator. I. II. 130

Volfuren,
Præscribere. II. XVII. 230

Vroischen,
Invenire, offendere. I. XLI. 182

Vredelos,
Statu pacis dejectus. I. XXIX. 165

Vronebode,
Nuncius judicialis. I. XII. 142

Uszeben,
Liberare a banno & proscriptione. I. LII. 197

W.

Werdinge,
Arbitrium. I. XII. 141

Wilbolds Recht,
Jus Weichbildii. I. XXXVIII. 179

Wrocgen,
Denunciare. I. I. 130

II. IN JURE FEUDALI.

A.

Angevelle,
Ususfructus, quem dominus percipit ex feudo, durante minorennitate vasalli. Cap. XXIV. pag. 288. & pluries.
Item Expectativa. XXX. 305
Anwardinge,
Expectativa. LXXX. IV. 285

B.

Bederwe Mannen,
Viri honesti & integri. XXIX. 304
Bereidinge des Geldes,
Solutio pecuniæ. XIII. 269
Borchleben,
Feudum castrense. IV. 253
Borchsaten,
Castrenses. XXVI. 292
Broke,
Damnum. XVI. 277
Item Vitium Corporis. XXVIII. 300
Brok werden an dem Ordell,
Sententiæ contradicere. IX. 257
Büte, Bote,
Mulcta. IX. 257. XXVII. 296
Bysweke,
Damnum castro ex absentia Vasalli illatum. XXVI. 291

D.

Degedinge, Degedingk,
Dies judicii feudalis. Prol. 252. VII. 254. X. 259. 263
Degedingen,
Ad judicium feudale citare. VI. 254. XV. 273

E.

Einschildiger Mann,
Vasallus, qui tantum ab uno latere gaudet clypeo militari. XXVIII. 300
Erfflehen, Eruelene,
Feudum, quod ad heredes transit. XXI. 281
Esschen,
Citare. IX. 258. X. 260. XII. 266
Euenbordich,
Æqualis quoad nativitatem. XXVIII. 299

F.

Fulbort,
Consensus. IX. 157

G.

Gedinge,
Feudum conditionatum. XXI. 281
Item Expectativa in feudo. XXIV. 285. 288
Gewere, were,
Possessio. XV. 272. 274. XXV. 290
Goderhande Lüde,
Militares. XXVIII. 300

H.

Herfart,
Servitia bellica. XIII. 268
Herfluchtich,
Qui ex acie aufugit. XVI. 276
Herschild,
Conditio militaris. IV. 253. X. 261 XIII. 268
Hilgen,
uppen hilgen sweren,
Jusjurandum super reliquiis sanctorum præstare. X. 262. 264. XVI. 276
Hoffart,
Servitia aulica. XIII. 268
Hüre,
Conductio. XXXI. 308

I.

Inwiser,
Qui possessionem dat. XXII. 282

K.

Kive,
lis, actio. XXVIII. 298
Kogelen,
Dat gut reyken mit ener kogelen,
Feudum dare cum cucullo. Est species investituræ symbolicæ, XXII. 283
Kor,
Electio. IX. 258. XII. 266

L.

Liffgedinge, Lifftucht,
Vitalitium. XXV. 290

M.

Mann,
Vasallus. Prol. 251
Mannschop,
Fides quæ est inter dominum & vasallum, vide ipsam explicationem. XXII. 283
Mannschop darbidden,
Fidem & servitia offerre. XXII. 281

N.

Noth, ane Noth bliuen,
Cogi non debere. XIII. 269
Ordell schelten,
Sententiam reprobare. XXVII. 294
Orlogen,
Bellum gerere. XVI. 277

R.

Richtstich,
Ordo judiciarius. Prolog. 251

S.

Samende hand,
Investitura simultanea. XIII. 269. XXII. 284

Steveler,
Qui prælegit juramenti formulam. Cap. X. pag. 263. XII. 267
Suke,
Morbus. XXVIII. 300
Suke bedde, Siechbette. XXX. 305
Symnen Lehen, *Symminge*,
Petere feudum, Petitio Feudi. XXII. 282

T.

Thogeringe,
Protractio litis. XXII. 294
Thoſpreken enen,
Actionem movere contra aliquem. XVIII. 278
Tug, *Tuch*, *Tugen*,
Teſtis, teſtimonium, teſtari. X. 261, XIII. 269. XV. 276

V.

Verſchöden ſik,
Committere aliquid, quo clypeus militaris maculatur. XXIV. 289
Unbededinget, unverklagt. XXII. 283
Ungenote,
Qui non vaſallus eſt. XXVI. 292
Ungekuſſet vorleben,
Sine oſculo infeudare, hoc eſt ſine præſtatione homagii. Vide explicationem. XXII. 283
Unterwinden gudes,
Feudum ſequeſtrare. X. 262. XIX. 279
Vorboren,
Pœnam mereri. IX. 257. 258. X. 262
Vordeilen, *deilen*, *leen*, *leenrechts*,
Feudo privare, feudi, juris feudalis incapacem declarare. IV. 253. X. 259. 261. XII. 266. XXV. 290. XXVIII. 300
Vortegen leenes,
Feudum reſignare. XXVIII. 300
Vorſprake,
Procurator. Prol. 252
Vorveſtet, *vorveſtinge*,
Citatus ſuper banno. Citatio. XIII. 268. XXII. 282
Vorwunnen,
Convictus. XX. 279
Upboren, *Uthboren*, *Uthboringe*,
Fructus percipere. Perceptio. XXVI. 292. 293
Ut theen,
Sequeſtro liberare. X. 262
Vulborden,
Conſentire. VII. 255. XXII. 284

W.

Wedden, *Wedde*, *Gewedde*,
Emendam dare. Emenda. VI. 254. X. 259, 260
Were, *Gewere*,
Poſſeſſio.
Werſchap, dat is bekantniſſe,
Confeſſio domini. XXIX. 303

CORPORIS IVRIS GERMANICI

PVBLICI AC PRIVATI

EX

AEVO MEDIO

PARS SECVNDA

COMPREHENDIT:

V. COLLECTIONEM DIPLOMATICAM MANVSCRIPTAM DE REBVS CIVITATVM ET COLONARIIS; ad illuſtrationem *Libri IV. Iuris Caeſarei.*

VI. SCITVM FRIGRAVIORVM ſub RVPERTO Imperatore; Anno MCCCCV. ex Manuſcripto.

VII. REFORMATIONEM IVDICII SECRETI WESTPHALICI tempore SIGISMVNDI Imperatoris; Anni MCCCCXXXVII. ex Manuſcripto.

VIII. CODICEM LEGVM ET CONSVETVDINVM IVDICII WESTPHALICI ſummae ſedis TREMONIENSIS; ex Manuſcripto optimae notae Nordlingenſi.

IX. ORDINATIONEM IVDICIALEM HASSIACAM; Anni MCCCCLV. ex Manuſcripto.

X. LIBRVM IVDICIARIVM; ſive GERICHTS BÜCHLEIN, qualis in Auſtria obtinebat, manu Seculi XV.

IN CALCE ADIECTVS EST

INDEX GENERALIS

RERVM PRAECIPVARVM

PARTE SECVNDA CORPORIS IVRIS GERMANICI

LVCI DATARVM.

FRANCOFVRTI ad MOENVM,
APVD IOHANNEM AVGVSTVM RASPIVM.
MDCCLX.

SYLLABUS PRAEFATIONIS

PARTIS II.

§. 1. *Exordium cum Supplementis ad Praefationem Partis Primae* §. VI. *pag. 7. de confirmatione ſpeculi Alemannici* 1288. *& alia ab Alberto I. poſtea* 1297. *Norimbergae facta.*

§. 2. *Summa in hoc praefamine dicendorum, in rebus agendis uſum habiturorum.*

§. 3. (V.) DE COLLECTIONE MONIMENTORUM AD RES CIVITATUM ET COLONARIAS, *nec non ſumma diſtinctione Jurisdictionis Germanicae in patrimonialem ex Jure Dominii, & illam, quae oritur ex Jure Imperii, unde centenaria deducenda.*

§. 4. *Errores Juriſconſultorum in Jurisdictione Patrimoniali colonaria.*

§. 5. *Jurisdictio ſuperior etiam Vogtetica dicta. Diſtinctiones Jurisdictionis Vogteticae, in ſummam, mediam & infimam.*

§. 6. *Superior Jurisdictio Vogtetica etiam appellata* Jus Comitatus. *Producitur hanc in rem*

LIT. A. Diploma HERMANNI Hildeſienſis Epiſcopi anni 1160.

Pertinere ad hoc Jus Comitatus alicubi dicitur venationem aucupium, & tabernas vinarias.

LIT. B. Diploma Judicii provincialis Oettingenſis, quo haec Comiti adjudicantur 1333. & 1381.

LIT. C. Confirmatio illius per iudicem curiae Imperialis 1382.

Diſſeritur inde de aliis annexis ſaepe dubiis, ut & re tertia, von dem Vertrittheilungsrecht, eo relata.

§. 7. *Exemplum ignorantiae rerum patriarum in iudicio colonario Herbſteinenſi, ditionis Fuldenſis, quae lis refertur.*

LIT. D. cum ſubadjunctis Num. 1. 2. & ſign. ⊙. ex ipſis rerum argumentis utriusque partis fundamenta exhibens.

§. 8. *Imperatorum noſtrorum poteſtas eximendi a juribus & reditibus Comitatuum, occaſione monaſterii Alſatici Lutzel demonſtrata.*

LIT. E. Diploma CAROLI IV. pro monaſterio Lützel ordinis Ciſtercienſis, quo illud ab omni poteſtate iudiciaria, praeterquam ſua, inter alia eximit, excepta centena in ſubditos, a qua tamen monaſterium eiusque ſepta iterum liberat. 1370.

LIT. F. Confirmatio SIGISMUNDI non nulla addens. 1417.

§. 9. *De poteſtate centenae in iudicia patrimonialia iuſtitiam negantia, nec non veteri Judiciorum provincialium ſecundae claſſis ſtylo.*

LIT. G. Charta iudicii provincialis Leiningenſis, ubi ſimul praeſcriptionis quadragenariae in cauſis Clericorum fit mentio. 1237.

§. 10. *De juribus foreſtorum regiorum, inprimis Marcae Budingenſis, foreſtario Regio, ideo Forſtmeiſter von Gelnhauſen dicto, ſubiectae.*

§. 11. *De iuribus mortuarii* Budel & Beſthaupt *compellatis.*

§. 12. *De iure annuo eligendi Senatores in civitatibus, praeſcriptione annali, nec non diviſionibus civium in tres claſſes.*

§. 13. *Plura de Juribus quibusdam ad civitates pertinentibus, ubi de Monzinga Palatina diſſeritur.*

§. 14. (VI. VII. VIII.) PAUCA DE JUDICIIS WESTPHALICIS, *Jure exemtorum praſertim Judaeorum, nec non Scabinorum id genus Seculo XV. intemperie.*

LIT. H. & I. Chartae anni 1436. ſeq. litem cujusdam Hopfenſtock cum civitate Metenſi ſiſtentes, ubi judicia Weſtphalica, cauſa iam apud Caeſarem pendente, nihilominus proceſſerunt.

§. 15. (IX.) DE ORDINATIONE IUDICIARIA HASSIACA & (X.) DE CONSIGNATIONE FORMAE PROCESSUS AUSTRIACA. *Porro de litibus olim in contumaciam plane finitis, hodie etiam in vera contumacia non facile extinctis. Deducitur vera Juris ratio in* Mandatis ſine Clauſula.

§. 16. Mandatorum cum Clauſula *natura, & in illis Proceſſus ac effectus contumaciae ratio.*

§. 17. *Placita Juris Romani* de contumacia *trutinantur, eorumque verus habitus oſtenditur.*

§. 18. *In cauſa ordinaria, hodiernus Dicaſteriorum Imperii ſummorum, inprimis Conſilii Aulici procedendi modus.*

§. 19. *Effectus condemnationis aut abſolutionis in contumaciam. Concluſio.*

PRAEFA-

PRAEFATIO
PARTIS SECVNDAE.

§. I.

Qui parti primae praefatus ſum, & ad partem ſecundam huius Voluminis dicere nonnulla ſuſcepi. Antequam vero id aggrediar, non nihil in Supplementum praefaminis Partis I. §. VI. pag. 7. monendum eſt, nimirum ea quae Conſultiſſimus ISELIUS retulerat, omnino ita ſe habere, & Codicem Baſileenſem ſpeculi Alemannici antiquiorem (non quidem annum 1286. in quo typotheta erravit, ſed) annum CIↃ CC LXXXVIII. quo confirmatio Speculo Alemannico in Comitiis a Rudolpho I. addita ſit, omnino ſignare. Iungo his verba Codici ſubſcripta, in margine. (*a*) Deſcribi autem curavi integrum hunc Codicem, una cum altero paulo recentiore, illic extante. Et de his aliquando agam amplius, ac Norimbergenſia illa Comitia expediam, de quibus noſter ſermonem ſerit. Videtur certe is, qui verba haecce ſubiunxit, innuere, Rudolphum I. hunc illius codicem, talem qualis eſt, ex antiquis conſuetudinum collectionibus denuo recollectum atque in ordinem redactum, tum confirmaſſe. Lucem autem ex his accipiunt ea, quae *Iohannes* SCHILTERUS ὑπέρυ, in curis

ſuis

ſuis poſterioribus ſenſit, ubi antiquiorem Codicem Mſt. Argentinenſem, qui annum 1008. & confirmationem Norimbergae factam tradit, non, (quod olim exiſtimaverat) in numero erraſſe, ſed more iſtorum temporum, quo annus tum praeſens & notus omitti ſolitus eſt, (*b*) proceſſiſſe autumat. (*c*) Hoc enim dato, quod peritiores ſuo modo facile concedent, commode in Argentinenſi Codice intelligi poſſet annus Codicis Baſileenſis, 1288. praeſertim cum etiam ille itidem eadem Norimbergenſia Comitia, ubi confirmatio facta ſit, & annum &. anni 1288. notam, in fine deſignet. Codex autem iam dictus vetuſtior Baſileenſis, cuius ſcripturae nos alias Ectypon dabimus, uti Illuſtris SCHOEPFLINUS, Conſiliarius Regis Chriſtianiſſimi & Hiſtoriographus, Vir huius Antiquitatis peritiſſimus, ex propria inſpectione, cum Baſileae anno hoc, quem vivimus, moraretur, una cum Conſult. ISELIO iudicavit, utriusque horum peritorum mente, eſt Seculi XIII. adeoque is, qui illum exaravit, etiam ob coaevam fere aetatem, redderetur hoc ipſo, praeſertim cum mentiri illius haud interfuerit, adhuc eo maioris fidei aſſertor. Certe aliquid huiuſcemodi geſtum eſſe tum, vel inde patet, quia Albertus I. etiam, teſte *Achille Pirminio* GASSARO, in primis ſuis Comitiis Noricis, haec eadem iura firmavit, (*d*) pacemque publicam ſuam, quae adhuc illorum partem in multis Manuſcriptis Codicibus facit, ſubiunxit. Autor quidem hic recentior, ſed fide dignus, ac Auguſtanae Civitatis Imperialis tabularii compos, quod genus hominum, eo quod vivebat tempore, ſine probationibus additis ſcribens, non omnino ſtatim, uti id delicatiores ſolent, eſt ſpernendum. Praeſertim cum ea quae e. g. eo modo comparatus Seculi XVI. ineuntis autor, Gaſſaro fere ſuppar, *Iohannes* AVENTINUS, de pacto alternationis in eligendo Romanorum Rege, inter Palatinos & Bavariae Duces anno 1333. initio ſine teſte dixerat, & paucis poſtea vera erant viſa, ex iis ſatis abundeque ſe omnibus ut indubia confirmaverint, quae Vir Hiſtoriarum in paucis peritus, *Chriſtianus Ludovicus* SCHEIDTIUS, ex chartulariis Bavaricis protulit (*e*) hocque ipſo exemplo, non nimis de omnibus alias haud ſuſpectis autoribus, dubitandum

dum esse, graviter monuit. (*f*) Et possem mea pluribus hoc genus speciminibus instruere, si id hic agerem.

(*a*) *Dis Buch is dorumb gemacht und geschriben wer sich nüt woll vervichten kan. Von maniger sach. Das der dis Buch gern höre lesen. Wand es bewert alle sache der man bedarf ze weltlichem Gericht und wart es gemacht und vollenbracht ze Nüremberg in eym berufnem Hofe do man zalt von Gottes Gebürt tausent zweihundert und abt und abzig Iar.* 1288.

(*b*) MABILLON de re diplomat. L. 2. c. 23. §. 17.

(*c*) Praef. ad Jus Feud. Alemann. nov. edit. §. 15. nota. g.

(*d*) Annal. Augstburg. ad an. 1297. p. 1468. Tomo I. *Menckenii* scriptorum ubi ita: *Ac dum liberae civitates per totam Sueviam,* (CUI TERRAE *iam dictus Caesar imperata inviolabiliter servanda pace,* PRIVATAS LEGES, QUAS VULGO PROVINCIALE IUS VOCANT, *ad quod infringendum, nec ipsum Papam posse Leges ferre expressis verbis cautum est, non tam de novo tulerat, quam* MULTIS IAM SAECULIS RECEPTAS CONFIRMAVERAT.) *a partibus Albrechti starent &c.*

(*e*) Bibliotheca Hist. Goetting. p. 248. sqq.

(*f*) Vorbericht fol. 45. ubi de Aventino.

§. II.

Et his praemissis Partem Secundam, eiusque contenta demum aggredior. Continet autem illa monumenta, rei Germanicae maximo usui futura & vel plane inedita, vel quoad pauca ita emendata, ut anecdotorum vicem subire possint. Sunt vero in pergula libri huius notata, unde de contentis generatim praefari nil attinet. Id tantum addendum, rem iudiciariam Germaniae, ea praecipue concernere, cui semper & ubique eo maiore studio fuimus intenti, quia hic plurimum nocuit rerum patriae nostrae ignorantia. Regnat illa vel hodie saepissime in foro, & regnabit eousque donec Jura patriae nostrae quotidiana noscantur curatius. (*a*)

(*a*) Certe haec quotidiana in foro, unde ii qui de rebus quotidianis scripserunt sui nominis viri, quosque sub titulo *quotidiana* in Bibliotheca sua satis insipide recensuit LIPENIUS, de hisce in rerum argumentis obtinentibus rebus Germanicis, quarum ignorantia cottidie novas lites parturit, cogitare debebant. Sed res illorum quotidianae sistunt saepe protrita aut nullum usum habitura, loco quotidianorum, aut plane mera generalia,

§. III.

Prima Partis II. Sectione, adeoque sub *Numero V.* damus COLLECTIONEM DIPLOMATICAM MANUSCRIPTAM DE REBUS CIVITATUM ET COLONARIIS,

AD ILLUSTRATIONEM LIBRI IV. PRAECIPUE JURIS CAESAREI. Conduci potuiſſent plura id genus ſcripta, ſed ea huc adſcivimus, quae ſtatim manibus oblata, & maxime utilia eſſe videbantur. Pertinent vero ad eandem fere ſpeciem Jurisdictionis Germanorum neceſſariae (cum de voluntaria dicere nihil hic attineat) quam ſummatim dividimus in CENTENARIAM & contra FUNDARIAM, monimentum I. II. VIII. IX. X. XII. XIV. XV. XVI., & longum foret ire per ſingula contenta. Id tantum notamus, alibi vero dedúcimus amplius, (*a*) ea quae referebantur ad Judicium Centenae *zu der freyen oder hohen Gerichtbarkeit*, fuiſſe plane diſtincta ab iis iudiciis, quae ex Jure Dominii, *vvegen des Eigenthums* aut *vvegen derer Hufen* competebant, hasque Jurisdictiones ſimul, ſaepe apud diverſos dominos ſtetiſſe. Videbis hoc p. 9. inprimis vero p. 44., ubi fines utriusque iurisdictionis curate ſatis recti ſunt. Imperium in illis, quae ad Dominium pertinebant nihil habebat iuris, imo plane cenſebatur incompetens, uti contra Dominium in illis, quae ad Jus Imperii referebantur. Utriusque Jura etiam plane diſtincta. Et hinc recte Camera, litigio de operis dominicis durante, adeoque iis ſuſpenſis decrevit, nihilominus operas ſubditorum eidem Domino Jure Imperii debitas, exigi poſſe. (*b*) Sane idem, & ex eodem fonte, in iudiciariae rei forma Judicia ergo diſcreta, & aſſeſſores in centenariis plane liberi, in colonariis aliisque huius commatis, Juri Domini, aut ob corpus aut ob bona addicti. Ex gemina ratione Appellationes a iudiciis Dominicalibus dirigebantur non ad Dominum Judicii provincialis ſive centenae, ſed ad iudicium Domini patrimonii *des Grundherrn*, ſuperius, p. 44. §. 8. & p. 49. Competebat vero iudicibus patrimonialibus *denen Grundherrlichen Gerichten* certa coactio, pignoratio, non nunquam etiam executio coadunatis ſubditis. Concernebat autem hoc iudicium nihil aliud niſi id, quod ex Jure Dominico proveniebat, & praeſtationes ac poenas inde oriundas. (*c*) p. 42. 45. ſqq. Cum ergo Senatus Francofurtenſis, cui in civitate Jus Imperii competit, in iis quae ad Jus Dominicum curiae dictae *der Fronhof* pertinebant, effici-

efficiente id Jurisconsultorum Juris patrii ignorantia, turbare vellet, recte id p. 18. 19. correctum est, praepositio S. Bartholomaei, iure suo illibate servato. Nihil enim plane his iuribus & iudiciis fundariis cum Imperio, uti nec illi cum his, in negotiis ad cuiusque iurisdictionem pertinentibus. Id quod denuo dicendum erat.

(*a*) Tr. von der Kayserlichen Gerichtbarkeit in Deutschland. §. 1, 2. adhuc Mst. & praelo parato.

(*b*) L. B. DE CRAMER obs. Cam. LIII. p. 200.

(*c*) Contende his ea quae late deduxit, sed non ex principiis, HERTIUS de consultat. Leg. & iudiciis §. 23. Vol. I. opusc. p. 316. ed. novae, & de falso iactitata ord. Cisterc. libertate Sect. III. §. 15. sqq.

§. IV.

Haec cum Jurisconsulti nostrates non intelligerent, cum tamen Romanam Jurisdictionem in servos, & (humaniores) ex PLINIO (*a*) nossent, domum, sive stylo recentiore curiam Domini, servis quasi civitatem esse, omnia turbarunt. Licet enim Domini haud secus quam servi tempore Imperatorum Imperio essent subiecti, & servorum delicta non domestica ac maiora a Dominis non, sed a Republica pro Imperio, ut apud nos coërcerentur, omnia tamen pro ignorantia & intemperie consueta eo acceperunt, ac si domestica Jurisdictio Germanorum, Imperio praejudicium crearet. Imo hic impegerunt ulterius etiam in ea iura, quae non turbanda esse, humaniores vel illa monere poterant, quae in Jure codicis de colonis Thracensibus & adscriptitiis larga manu praebentur. Studio, humanioribus, ipse illorum studia amans, hic dicam scribo. Certe Bartolistis Baldistisque & caeteris huius furfuris, id vel ideo ignoscendum erat, quia hi tres ultimos codicis libros & reliqua, ut & Leges Longobardicas Provinciales ne legenda quidem censebant, solenni hic ignorantia, a more docendi excusabili, tuti. Senserat haec atque talia seculo XVI. iam prudens Jurisconsultus ex elegantiorum numero *Sebastianus* DERRERUS, (*b*) qui loco eorum, quae Jus Romanum de servis tradidit, ea quae passim de adscriptitiis habentur substituit, nec tamen apud barbariem, & sibi nimis placentem Juris humanitatem, id effecit,

quo barbari reſipiſcerent, & humaniores, Germaniae, ſuos mores receptos vigentesque, humanitate ſua, & a ſervis Romanis deſumtis placitis, haud turbarent.

(*a*) Epiſt. lib. VIII. epiſt. 16. ubi: *ſuis dividunt, donant, relinquunt duntaxat intra domum. Nam ſervis reſpublica quaedam, & quaſi civitas domus eſt.*

(*b*) Jurisprudentiae Libro I. de quo opere Append. ad *Methodum* III. §. 5. aliasque ſatis diximus.

§. V.

Dicebatur ille qui Imperio praeerat, ſaepius *Phoget, Vogt*, cui interdum plenum Imperium pro pace tuenda, interdum minus ac limitatum competebat, ſi à Republica in alios derivaretur. Certe ipſe Imperator a quo omne Imperium, omnisque fit Jurisdictio centenaria originem coepit, *der Römiſche Vogt.* (*a*) Reliqui Advocati ab ipſo dati aut confirmati, & caeteri Domini centenae etiam *Vogt.* Sed denotabat hoc quandoque *die hohe und obere Vogtey*, cui annexa *die fraiſche*, ſive Jurisdictio gladii & terribilis. Haec ſaepe etiam ab Imperatoribus primo retenta, inde aliis permiſſa, unde itidem interdum ſi hoc deeſſet, nomen *der mitlern Vogtey* ortum eſt. Ab hac adhuc *die Niedere Vogtey*, ad plane civilia liberorum hominum, & Imperii Jura in ſervos pertinens (§. VIII. nota a.) differebat, unicuique autem ſuo modo erat Jus coërcendi, pro iurisdictione ſua. Hinc Eppenſteinius *Vogt zu Obernrota*, cuius vici coloni, Hanoici Dominii erant. p. 5. Et haec quidem proprie eſt Vogtetica Juris dicundi facultas, quam egregie expoſuit HEIDERUS. (*b*) Jurisdictio autem illa ex Dominio oriunda, *Eigengericht, Grundgericht, Hofgericht, Hubengericht, Lehengericht, Feldgericht, Vrogengericht*, nunquam Vogteiae nomine niſi per abuſum, ut paſſim hodie praeprimis in Franconia, ubi Vogteia Centenae opponitur, venit, ſed a ſculteto vel Meiero, aut ſuperiore Hubario nomine Domini adminiſtrata, uti id iterum vel ex monimentis noſtris, & ſolo HEIDERO diſci poteſt. (*c*) Late illic haec Jura in controverſiam deducta diſceptata ſunt, & de *recentioribus* eorumque ſcriptis huc facientibus, dicere nihil attinet. Solent vero adhuc hodie ſaepies oriri ob confuſionem harum iurisdictionum controverſiae, eo magis

magis intricatae, quia ab Exemplis non ſemper argumentum tuto deſumere licet, cum ſaepe alicubi ei qui Dominicam Jurisdictionem habuit itidem Vogtetica accreverit, aut in tantis rerum Germanicarum tenebris, Jurisdictio fundaria etiam per abuſum *Vogtey* audierit, unde in deciſione magna circumſpectione iudex indiget (*d*).

(*a*) *Ottocar* VON HORNECK & PEZIUS in Indice voce *Vogt.* HALTAUS Gloſſar. h. voce. Idem eſt hoc ac ſi dicas, *der Oberſte Gebieter.* Vogteia illius Majeſtatica nulli alteri conceſſa, ſed effectus tantum, ſalva Majeſtate. Ei ergo cui data centena, non ſimul data cenſetur ſuperioritas territorii, ſed illa docenda eſt. Hinc ex more omnis aevi Pax Weſtphalica art. V. §. 44. ubi: *Sola criminalis Jurisdictio Centgericht, ſolumque Jus gladii & retentionis, patronatus, filialitatis, neque coniunctim, neque diviſim, Jus reformandi tribuunt*, a Jure ſcilicet territorii pendens. Superioritas ergo ob centenam data haud cenſetur, ſimul autem Jus Majeſtaticum ſubiectionis Imperio debitae, etiam ſuperioritate probata, retentum. Et hinc etiam olim licebat, (§. VIII.) Jura Comitatus limitare, iiſque modum ponere. Nec directio ſumma vel hodie ceſſat. Nemini autem olim in liberum ſine conceſſione Imperatoris Jurisdictio neceſſaria, uti hoc in JURE CAESAREO deducitur, & amplius demonſtrari poſſet-

(*b*) HEIDERI Lindauiſche Ausführ. p. 282. ſqq. 330. 348. 775. 829. ſq. 914. vox autem *Vogt* ex latino *Advocatus* orta, & brevius pronunciatum hoc verbum, hanc teutonicam vocem produxiſſe videtur. Si enim referes particulam *ad*, id quod ſaepe factum, habes hanc ipſam vocem Germanicam.

(*c*) Lindau. Ausführ. tum alias, tum praecipue p. 325. 335. ſqq. ubi ſimul apparet, quid ſit *Kellnhofsvogtey* p. 346. ſqq. 771. ſq.

(*d*) BESOLD de Jurisd. p. 15. SCHILTER Exerc. ad P. 10. § 9.

§. VI.

Ad Jura Vogtetica & centenam concementia pertinet etiam hoc, ea dicta fuiſſe *Jus Comitatus*, Germ. *das Recht des Landgerichts*, quod non tantum ipſa iura, ſed etiam, uti Num. I. & II. huius ſectionis, uberius adhuc in re alias nota, probant, reditus eo referendos complectebatur. Docet id Hermanni Hildeſienſis Epiſcopi charta, quod ſciam anecdota, Lit. A. anni MCLI. ſub *Lit. A.* ubi ſimul de pluribus inſtrueris. Inprimis etiam de hoc, Fridericum I. dici *gubernare totius orbis Monarchiam.* Et certe is illi ſenſus. Sed redeo unde deveni. Poterat quis gaudere centena recentioribus temporibus, ut particula Juris Comitatus, ſine reliquis Juribus. Nunquam autem Comitatus contra ſine centena, in diſtrictu

ſuo

ſuo, niſi per exemtionem ſingularem aut obſervantiam. Docet id mos Germaniae omnis temporis. Et plura interdum centenae erant annexa. Sed varia haec pro rerum Juridicarum diverſitate & Jurium amplitudine. Sic vides, Jus Vogteticum in Num. II. huius ſectionis V. non complecti venationem, quae erat Domini proprietatis. Attamen in diplomatis ſub *Lit. B. & C.* Oettingenſibus comitibus, ut iudicibus provincialibus, 1333. ac 1381. datur, & a iudicio Curiae Imperialis 1382. confirmatur, ius venandi & aucupii, nec non tabernarum vinariarum in Comitatu ſuo. Non meum eſt diſquirere, num hoc fuerit praecipuum in hominibus propriis ad comitem & iam corpore pertinentibus, aut forte ius privum iudiciorum provincialium ſecundae, quam voco, claſſis, integros comitatus & ultra complexae, (*a*) aut quid alias hic ſubſit. Id vero novi, ſaepies eo quoque Jus in aquas & molendina, Collegia opificum, carnifices & eo ſpectantia, aut relatum, aut referri voluiſſe. Imo quosdam habuiſſe ſequelam, alios non item, niſi ad *magnum iudicium* ſive *Hochgericht*, non ad proclamationem. (*b*) Inprimis vero noto, certos Dominos centenae, in alieno ſibi adſcripſiſſe tertiam feram & tertiam arborem, quod vocari ſolet ius tertium, Germ. *Vertrittheilungsrecht*. (*c*) Et poſſem hanc rem monimentis anecdotis illuſtrare, ſi hic locus id ferret. Olim vero ea de re concertatum inter Comites Rhingravicos Diemringae Dominos, & Principes Naſſovicos, quorum priores Centenam Oermingae tenebant, poſterioribus locum ipſum Jure advocatiae Herbitzheimenſis aſceterii poſſidentibus. Eſt vero Oerminga pars Comitatus Saarwerdani. Et praetereo alia *litigia ſatis nota*, (*d*) in puncto iurium centenae adhuc vigentia.

Lit. B. & C.

(*a*) Agetur hac de re in Tractatu noſtro §. 2. citato *von der Kayſerlichen Gerichtbarkeit*.

(*b*) Diploma 1278. ap. DE LUDOLFF obſ. Cam. P. II. App. p. 283.

(*c*) Conſule DU CANGE Gloſſar. voce *tertiare* ubi hoc de negotio copioſe.

(*d*) Notum eſt *Jus Publicum potentiorum*, quod ex quavis demum centena ſuperioritatem territorii effingere, aut plura eo referre tentavit, atque adhuc tentat. Nec dum nomina eadem, ſemper etiam res eadem facta eſt. Et ſingularia multa etiam in Juribus antiquorum Ducatuum, quae aliis

aliis Principibus ac Comitibus non competierunt. Sed de his hic dicendi locus haud factus. Interim consule SENCKENB. Gedanken von dem Gebrauch des deutschen Rechts Cap. III. §. 50. sqq.

§. VII.

Ut vero spectes, in quantum ignorantia Jurium patriorum nocuerit, specimen huius rei praebebo ex iis, quae meo tempore in Hassia disceptata sunt. Lege *Lit. D.* cum subadjunctis *Num. 1. 2.* & *sign.* ⊙ & me haec non sine causa dixisse confirmabis. Habebat Abbas Fuldensis iudicium Hubarium sive fundarium Herbsteinense, ad quod certa bona Ilbeshusanis Hassiae subditis, sub certo censu & aliis oneribus fundariis concredita spectabant, ad 394. operas diurnas, (*Morgen*) implentia. Duodecim Hubarii, sub Praeside ab Abbate Fuldensi constituto huic Jurisdictioni invigilabant, quorum 6. Herbsteinenses, superioritati Fuldensi subiecti, sex autem Ilbeshusani, sine controversia ad praefecturam Hassiacam Craynfeldensem, *das Gericht Craynfeld*, spectantes, quae superiori praefecturae Niddanae est subordinata. Hic Fuldenses, ratione iudicii fundarii in possessione existentes, primo suo iudicio *nomen iudicii provincialis, Landgericht*, affinxerunt, deinde etiam collectationi censitas subiicere, ut & de criminibus iudicare tentarunt; Et illa quidem cuncta, irrito conatu, cum ius piscandi & reliqua ad altam Jurisdictionem spectantia, una cum servitiis provincialibus aliisve oneribus, Hassiae Principes administrarent ac perciperent. (*a*) Contra Hassiae Landgraviorum Darmstatinorum praefecti, rebus ad iurisdictionem fundariam pertinentibus se immiscere, emtiones venditiones confirmare, mulctas fundarias irrogare, exequive, contra morem antiquum sibi arrogarunt. Neutri certe horum recte, sed ex Juris, in quo versabantur, ignorantia. Res autem in se est planissima, si, uti id factum, rite distinguas.

Lit. D. cum subadjunctis Num. 1. 2. & sign. ⊙

(a) Haec apud Hassiae Principes, ut Comitum Ziegenhainensium successores semper fuerunt, nec credibile est, Comites Ziegenhainenses, qui simul Advocatiam Fuldensem tenuerant usque ad cessionem unquam, etiam illa facta, in suos aliam Jurisdictionem centariam agnovisse, quam quippe in eos non simul dimiserant. Unde res semper in eodem statu mansit. Et plura id genus superant.

§. VIII.

Quam vero noſtri Imperatores ſibi olim poteſtatem arrogaverint, iura Comitatus ſupradicta (§. VI.) utpote ex commiſſo conceſſa, pro facultate ſua in non nullis accidendi, docebunt praeter alia paſſim obvia privilegia Caroli IV. 1370. Lit.E.&F. & confirmatio Sigismundi 1417. ſub *Lit. E. & F.* Varia in eis monaſterio Lützel, ordinis Ciſtercienſis in Alſatia ſito, hi largiuntur, in primis (1) tuitionem regiam & immunitatem, (2) exemtionem a iurisdictione qualicunque praeterquam regia vel iudicis curiae, (3) cum caſſatione contrariorum, (4) exemtionem bonorum ab oneribus, (5) immunitatem a teloneis, (6) exemtionem ſubditorum & ad eos ſpectantium a praeſtationibus Dominicis & advocaticiis quibuscunque, (7) etiam a iudiciis Provincialibus, exceptis tribus criminibus *Todtſchlag, Diebſtal und Notzogen,(a)* ubi tamen ſola poena corporis afflictiva, nulla contra mulcta, locum habere debeat, (8) ut poſſint ſibi Advocatum pro lubitu legere, (9) ut Jurisdictio qualiscunque, etiam alta, ceſſet intra muros & ſepta monaſterii, (10) ut omnes Imperii ſubditi ipſis in hoc aſſiſtant. Addit (11) Sigismundus ſyllabum *bonorum* ſub privilegio comprehenſorum, & (12) abolet ius hoſpitandi (*Atzung*) forte in monaſterio conſuetum. Inde vero perſpicere eſt facile, quid illic ad Jurisdictionem altam referatur, & quid praeterea ei fuerit annexum, quamve monaſteria ſtuduerint, ſe a poteſtate Dominorum centenae, in quantum pote, eximere, quidve hic Imperatores ſibi competere rati ſint.

(a) Alias cuncta relata ad quatuor caſus *die vier Fälle, Mord, Raub, Brand, Notnunft.* HUNDIO Metrop. Salisb. fol. 327. 332. ſub *Fürſtenfeld, Furtum, homicidium, violentia & oppreſſio* nominantur. Alibi autem *diverſa verba ſimilia* adhibentur. e.g. ap. DE LUDOLFF obſ. Cam. Vol. 2. p. 283. ubi: *Quod Gerardus Comes de Dietze homicidia, furta, raptus & vulnera ſive ſanguinis effuſionem- iudicabit.* & SPEC. SUEV. c. 390. ed. SCHILT. n. 2. 3. verbis: *So ſol ein Vogt richten alle Freffel und wunden und SchwertZucken, und umb den Todſchlag, und umb Heimſuchen, und was Frevel und unzucht iſt und heiſſet.* Et in diplomate Ludovici IV. pro iudicio provinciali Hirsbergenſi 1320. dicitur: *Das der Lanntrichter ab yedes Mannes Guet mit rechte nemen mag einen Notnunfter, ainen Todſchleger, ainen Mordbrenner, ainen Diebe und ainen Räuber* in DEDUCT. JUR. BAVAR. puncto des Landgerichts Hirſsberg in Adjunctis ab initio. Additur

ditur in recentioribus inſtructionibus *Ketzerey*, de quo alibi. Contende PFEFFING. ad Vitriar. T. I. Lib. I. tit. 15. nota c. p. 1155. ſqq.

§. IX.

Poſſem pluribus de Judiciis Provincialibus agere, ſed curſus calami omnino ſiſtendus eſt, unde tantum dicam Num. XI. p. 50. eodem etiam pertinere, cum Jura iudiciorum provincialium magis explicet, & oſtendat ſimul, quatenus iudicia provincialia, in reliqua aliquam habuerint ex Imperio, tantummodo, ſi Jus non adminiſtraretur, poteſtatem. Quia autem Leiningenſis Comitatus iudicium provinciale olim & magnae autoritatis & celebre fuit, atque conditionem huius Jurisdictionis noſſe admodum noſtra interLit. G. eſt, (*a*) addo illius ſententiam ſub *Lit. G.* anni 1237., a me olim ab origine deſcriptam, ubi ſimul videre licebit, quanto niſu clerici illius temporis, omnia etiam ad ſeculum ſpectantia, ad ſynodum devolvere ſategerint. Nec lectori ingrata forte fuerit mentio *praeſcriptionis quadragenariae* illic occurrens, quae in cauſis Cleri ex Jure Romano adſcita erat, cum alias longe minoris temporis praeſcriptio ſuffeciſſet. Et tantum de his.

(*a*) Et hic aliquid quod deſideres, nec exhauſta hucusque omnia. Quo antiquiora vero ſunt monimenta, eo magis illuſtrant. Nomino TRADITIONES Fuldenſes, Friſingenſes, Corbejenſes, aliasve. Monimenta à GOLDASTO in Alemannicis, GUICHENONIO in Bibliotheca, & HOTTINGERO Hiſt. Eccleſ. Tig. p. 1138. 1152. 1179. praebita, ubi vetuſta ſatis Ducum & Comitum placita ſiſtuntur. Haec enim rem Germanicam magis illibatam ſiſtunt ac recentiora. Addendum hoc erat plurimorum, qui in hac re occupati fuerunt, induſtriae. Et cui non cantatus Hylas!

§. X.

Ad iura foreſtorum regiorum ſpectat Num. VII. huius Sect. p. 11., (*a*) quem ego nolim a typothetarum negligentia tantum tuliſſe. Statim ab initio loco verbi *einärcker* legendum *Märcker*, linea 2. id quod ſenſum turbat. Reliqua autem non ita gravia. Cum vero ego hoc monimentum mea manu curate deſcripſerim ab origine, eo magis hac incuria affligor. Merentur alias, iura foreſtorum regiorum curatius diſcuti, cum plerumque tam multis in illis ab Imperatoribus conceſſis

cesſis gratiis, res foreſtariae ſatis turbidae ſint redditae, praeſertim ubi officiales Imperii ſenſim ſenſimque aut deſierunt, aut impediti ſunt, aut poteſtatem commiſſam in proprietatem transmutarunt, ſive facto ſive Juris ſpecie. Elaborarunt hac in re praecipue viri conſultiſſimi ac clariſſimi Ioh. Ad. KOPP, F.C. BURI, poſtea *Joh. Jac.* REINHARDUS, STISSERUS, SCHATZMANN, BECKIUS, ut reliquos praeteream, ſunt etiam nobis ſcripta eriſtica, in hac ipſa cauſa, marcam Budingenſem concernente, in Homburgenſi *vvegen der hohen Marck an dem Feldberg*, & Steinheimenſi nec non Carbenſi emiſſa. Vigent vel hodie litigia ob marcam Moerlenſem, Bingenheimenſem, atque alias ubique per Wetteraviam & viciniam. Sed multa dicenda ſupereſſent, etiam poſt Hiſtoricam B. KOELERI de Imperiali caſtro Brunn, & SCHWARZII de Butigulariis, aliorumve multorum praeſertim in litibus *Noricis* induſtriam. Ut vero verbulum de meo hic adiiciam, vides, fuiſſe Imperio, etiam poſt tot donationes, oppignorationes & venditiones in marca Budingenſi Jus *des oberſten Märckers*, ſive ſuperioritatem & Jus venandi, Imperatore Gelnhuſae exiſtente, ubi illius praefectus ſuperior, ideo dictus *Forſtmeiſter von Gelnhauſen*, quae gens adhuc ſupereſt, habitabat. Inde, celebrata ab hoc praefecto, iunctis ſibi duodecim foreſtariis iudicia foreſtalia, & reliqua cuncta ad ſuperioritatem pertinentia adminiſtrata. Defenſio autem Foreſtarii in iuribus Imperii ac ſuis, praeſtanda erat ab Iſenburgiis & Trimpergiis dynaſtis, qui ideo certa praecipua percipiebant, reliquorum omnium, ſimultaneum uſum habentium, ut & Imperii Jure ſalvo. Sed de his agent alii, praeſertim tot adminiculis in JURE CAESAREO noſtro recens praebitis, poſthac forte pluribus.

(*a*) Dedit hoc monimentum *Joh. Jac.* REINHARD ſupra laudatus in Append. Tr. de Jure foreſtali p. 251. ſqq. ſed ab impreſſo non rite correcto. Caetera eo ſpectantia DE LUDOLFF ſymphorem. T. I. paſſim, monimenta vero p. 683. ſqq.

§. XI.

Num. XVI. a. b. pertinet quidem quodammodo ad ea, quae in §. III. ſqq. relata ſunt, ſed tamen ob adiunctam demonſtra-

monſtrationem Jurium Eccleſiaſticorum diverſae eſt viſionis. Rarae ſunt Jurium Eccleſiaſticorum demonſtrationes ſeparatae, plerumque cunctis Juribus ſingularum Eccleſiarum non niſi urbario Dioceſano Epiſcopi illatis. (a) Specialiorem vero demonſtrationem cunctorum, atque hic in Eccleſiaſticis & decimis exhibetur, nondum vidi. Ad ſecularia quod ſpectat, dicitur Abbas S. Maximini *oberſte Faut*, i. e. dominus Jurisdictionis ſuperioris, a quo Rhingravii illam cum pago Simmeren in feudo tenent. Nota hic vocem *budeilen*, quae adhuc in Belgio vivit ac budeil hereditatem denotat, vel ſubſtantiam; & diſtinctionem inter *budeil & beſthaupt*. Abbas praeter vogteiam in feudum datam, habet in pago illo curiam & homines proprios. Horum illi qui diſſortes i. e. alienigenas (non itidem Abbati proprietate corporis addictas) uxores duxerant, (b) ſubiiciebantur *dem Budel*, i. e. amiſſioni omnium mobilium, tertia uxoris ſalva. Et habes etiam huius moris veſtigium in Documento Num. I. p. 1. 2. *Budel* omnis ſubſtantia mobilis, (c) *beſthaupt* oder *beſtevvatmale*, praeſtatio mortuaria pecudis aut veſtis hominis proprii defuncti. Et varia omnino hic ſecundum provincias nomina. Sed ita decantata haec res, ut tuto hic abſtinere ab obſervatis queam, (d) POTGIESERUM de ſervitute, HERTIUM de hominibus propriis, F. C. HARPRECHTUM de Jure mortuario, HONTHEMIUM in Prodromo Hiſtoriae diplomaticae Trevirenſis, & a me in *diſſ.* de ſervorum conditione alias dicta commendans, ut plures alios non cumulem.

(a) Vidi id genus Urbaria, quae dicebantur *libri cenſuum*, iam ſeculo X. & XI. confecta. Et noti ſunt CENCII CAMERARII atque CARDINALIS DE ARRAGONIA libri cenſuales Eccleſiae Romanae. Inferebantur his etiam reliqua Jura, ubique competentia. Et de fide talis *libri Wormacienſis*, nuper dubitatio eſt ſuborta, in lite quadam magni momenti.

(b) Gemina fere huic diſpoſitio, in libro hodie admodum raro, *Iob. Heinr.* HOTTINGERI Hiſtoria Eccleſ. Tigurinae, quae Hiſtoriae illius Eccleſiaſticae. Tomo VIII. annexa eſt, (Impreſſa illa Tiguri 1667. 8.) c. VIII. Sectione 4. p. 1159. ſqq. habetur, ubi ſimul dicitur, ne liberos quidem ex tali diſſorti matrimonio natos parentibus ſucceſſiſſe, ſed hereditatem devolutam ad proximos agnatos ita comparatos, ut matrimonium cum illis contrahere non liceret, his autem non extantibus, ad Dominum, nimirum in ſubſtrato monaſterium. Sed illic ſimul diſces,

 pacto

pacto alios potuisse consortes declarari homines proprios, quod genus exempla referuntur.

(c) DU CANGE Glossar. voce *Bidella* HALTAUS Gloss. voce *Budel.* SCHOTTEL de singularibus & ant. in Germania Juribus c. 2.

(d) Consule de Simeranis in specie *Deductionem Rhingravicam* Dhunensem in Camera exhibitam, ubi de id genus compendiis, cum Abbate S. Maximini disceptatum est.

§. XII.

Res civitatum illustrant chartae praesentis Sectionis N. III. IV. V. VI. XI. XIII. Scilicet omnibus civitatibus, uti Num. III. indicio est, Imperatores nostri certam electionis normam praescripserant, quae cum ad nostrum monimentum tantum respiciam, Halae Suevorum perpetua lex fuit, atque adhuc certo modo est. Uti in omnibus civitatibus magistratus olim annui, ita etiam Halae Suevorum. Hinc illa formalia: *auch setzen und vvellen, das die sechs und zweinzigk alle Jarr, uff sant Jacobs tag, einen Burgermayster aus In nemen und denn Rath verkehren, uff ire aide, als ferr, und alls vill sie duncktt alls ess nutz sey.* Inde die *Schwertage*, Argentorati, Eslingae, Reutlingae, Buchoviae, ac alibi, ubi novi senatores creati aut veteres confirmati, quibus deinde ut neo-Electis, iuramentum ab omnibus civitati addictis, sub poena emigrationis erat praestandum. Tum simul leges civitatem regentes publicatae, uti Num. XIII. p. 54. indicio est, & à nonnullis civitatibus, Leges denuo pro eo anno publicatas esse, vel hodie Caesari indicatur. Nec minus demonstrationes iurium in pagis, una cum finium lustratione repetendae. Cuncta etiam anno transacto fere fiebant hinc nova, quia magistratuum & multorum aliorum mutatio contigerat. Inde memoria ultra fere extendi haud poterat, (*Praef.* Part. I. §. LXXIII.) & praescriptio in rebus iuridice notis etiam anno absoluta. (*a*) Attende itidem ad expressiones: *Burger*, burgarii, castrenses, militares. (*b*) *Miterburger*, qui inter hos & opifices erant medii, veluti olim non nullibi monetarii & eorum consortes, *Müntzer und Hausgenossen*, scribae Laici, mercatores, ex reditibus suis viventes; & tertio loco *Hanntwerckher* opifices, qui tres ordines ea quae civitatis erant, per electos in Senatum expediebant,

diebant, reliquis ad partem in Republica haud admiſſis. Varie tamen hic in civitatibus, res geſta, & adſciti alicubi ad Jura opificum etiam hortulani, alibi alii. (*c*) Multa autem nova invecta, inprimis turbis ſeculo XIV. ubique fere natis, qua in re ditiſſima ſunt ACTA MOGUNTINA Msta, & SCHILTERUS in Additionibus ad Chronicon Koenigshovianum, nec non LEHMANNUS in Spirenſibus.

(*a*) SENCKENBERG Gedancken von dem Gebrauch des deutſchen Rechts cap. I. §. 7. cum nota. Et Diploma ap. DE CRAMER. obſerv. p. 822. ubi: *debitam faciam de dictis bonis Warandiam, per annum & diem, ſicut fieri eſt conſuetudo.* 1250.

(*b*) Adde CRUSIUM Annal. Suev. p. III. lib. 10. cap. 14. fol. 427.

(*c*) Francofurti hortulani ſocietatem opificum, *eine Zunfft* conſtituunt. Sunt & illic litigia inter eos qui *Patricii* domus *zum Limburg*, & cives domus *zum Frauenſtein* dicuntur, qua de re in Parte V. Illuſtrationis Reformationis D. *Iohannis Phil.* ORTHII V. c. plura. De his autem cum olim *Phil. Ludovicus* AUTHAEUS ad avum meum Antonium Raumburgerum aliquid litteris expoſuerit, do illas ſimul in margine. Is vero earum tenor:

Salutem & officia.

Praeſtantiſſime Dn. Raumburgi! A me petis, ut aliquid de noſtra ſcribere velim Republica, qualis illa ſit & quomodo temperata. Ut paucis complectar, aſſero illius ſtatum eſſe mixtum ex Ariſtocratia & democratia, ita tamen, ut illa praeponderet. Tres enim apud nos civium ordines: primus eſt Patriciorum, *der Geſchlechter: alter* ditiorum mercatorum, *der Frawenſteiner: tertius* opificum, *der Handwercker. Ex ſingulis hiſce ordinibus in ſenatum leguntus quatuordecim, ita ut totus Senatus conſtet ex perſonis* 43. *Caput reipubl. Praetor eſt, Conſules duo, quorum poteſtas annua: Senatores reliqui varia obeunt munia. Non autem eſt huius temporis de ſtatu politico multa per literas diſſerere: tutius coram colloqui licet. Experientia rerum magiſtra erit ei, qui cognitionem iuris privati optime hauſit. Vale. Francfurti* XXV. *Octobr.* M D C LXXII.

Philippus Ludovicus Autheus.

Praeſtantiſſimo & Politiſſimo Dno Antonio Raumburger
LL. Studioſo induſtrio, amico meo chariſſimo.
Helmſted.

§. XIII.

De Num. V. quod dicam non habeo, niſi hic Exemplum ſiſti, ubi omne Jus Wimpinae competens, etiam Weibſtadio, parvo hodie Epiſcopatus Spirenſis oppidulo, ab Imperio pignori ſuppoſito, fuerit conceſſum. Non autem rara id genus privilegia, hodie plerumque haud ita magni uſus. Num. VI. partim ſpectat ad civitatem Francofurtenſem ad Moenum, partim ad Francofurtenſem Marchicam, quarum ultima ſcabinatum Brandenburgi civitatis, pro ſuperiori curia agnoſce-

agnoſcebat. (*a*) Summa autem his iterum typothetarum incuria illa coniuncta, quae ſeparatos numeros conficere debebant. Et alibi paſſim, quod obiter moneo, eandem ſenties intemperiem, mihi abſenti non adſcribendam. Num. XI. regit Jura iudicis provincialis & civitatis Pettavienſis ei quodammodo ſubiectae. Num. XIII. autem civitatem Monzingam concernit, & Jura ei competentia. Haec olim pars ditionis Spanheimenſis latiſſimae, poſtea cum Baeckelheimenſi Dynaſtia ad Electorem Moguntinum eſt delata, (*b*) inde pignoris iure in Palatinos, fatali illo Moguntino diſſidio, & diviſione Palatina in Simmerenſes tranſivit. Tandem gravi lite, extincta Simerenſi linea ſecuta, transactione Palatinatui plene addicta eſt, Moguntino Electori, dimidia parte redituum alibi fere penſata.

(*a*) Vide P. I. p. 184. ſq. in RIHSTICH LANDRECHT.

(*b*) GUDENUS Cod. Dipl. T. I. p. 782. KREMER diplomat. Beytrage Parte II. p. 153. ſqq. B. IOANNIS orat. de Dioeceſi Boeckelheimenſi per tot.

§. XIIII.

Sectiones VI. VII. VIII. pertinent ad IURA JUDICIORUM WESTPHALICORUM, olim in Germania celeberrimorum. Dicendi de illis alias erit locus. Forent etiam alia quae huc afferre liceret. Subſiſtam tantum non nihil in iis quae ad p. 98. ſpectant, ubi dicitur, nec clericos, nec mulieres, nec minores annis, nec Judaeos aut alios infideles, ad Judicium Weſtphalicum citandos eſſe. Et id non ſine ratione. Clerici enim à iudiciis provincialibus aut curiis ſuperioribus iudiciariis ſecularibus, ex primo inſtituto & analogia non iudicabantur. Feminae in ſylvas vocari haud poterant, & per alios defendebantur. Minoribus annis nullus locus in iudicio ſtandi. Infideles autem tolerati, in fide chriſtiana errare haud poterant, utpote quam non profitebantur. Orta tamen poſtmodum lis anno 1526. quae ita determinata, ut Judaei vocari posſint, ſi forte res ad eccleſias pertinentes coëmiſſent aut pignori accepiſſent, id quod ad iudicium ſecretum, (*die heimliche Acht,*) pertinuiſſe videtur. (*a*) Qua vero impotentia hi iudices ſint graſſati anno

1436.

1436. & sequente vel hoc indicio do; quia in causa Hopfenstock contra Metenses, re a Caesare Basileam per commissionem remissa, & Metensibus de foro excipientibus, ille statim ad iudicium Westphalicum se convertit, & illic in *Lit. H. & I.* jurisdictione Caesarea haud attenta, tanquam super denegata iustitia Processus gravissimos obtinuit, de quibus tamen quid deinde factum sit, ego haud satis novi.

Lit. H. & I.

(a) Dn. Assessor celeberrimus DE HARPRECHT Staats-Archiv des Kayserl. Cammergerichts p. III. p. 115. sqq. ubi iudicatum Arensbergense in extenso deprehendes. Et certe in hoc libro thesaurus iurium patriorum, pro rerum gnaris latet.

§. XV.

IX. ORDINATIONEM IUDICIARIAM HASSIACAM anni 1455., ut ad procedendi modum spectantem hic inferere visum, in qua Romani invenies nihil, omnia contra Germanica, & antiquo mori, ad quem etiám provocatur, conformia. Nec magis aliquid Romanum ius olens in X. LIBRO IUDICIARIO SIVE GERICHTSBÜCHLEIN. Est is omnino Seculi XV., & à me in Austria, ex Codice hic coëmto descriptus. Num illic etiam confectus, scio cum aliis. Habet verba iudiciaria Romana & eorum explicationem, de caetero Germanici Juris processum. Id vero potissimum inde constat, quia in re vera contumacem reum, post trinam citationem 15. dierum rite peractam & edoctam vindicat *banno, oder sunst nach gestalt der Sachen,* actorem autem contumacem in expensas condemnat, reo vero defert quando petit, *in der Klag und des Gerichts ledig zu sprechen,* addita nihilominus limitatione ad arbitrium iudiciis pertinente, *darnach und die Sache gestalt und gros oder klein ist.* p. 150. Deinde p. 151. remittit, *auf die Lantleuf und Gewonheit.* Et licet Romanae voces admisceantur, tamen p. 152. de confessione in iudicio tradit, *errorem probatum, confitentem excusare.* Haec cuncta Romana haud esse, quilibet videt, uti quoque nos, in *Praefamine* ad Partem I. docuimus. Et eum modum procedendi fert etiam ORDINATIO CAMERALIS, ab hoc fere tempore traducta, in stylo iudiciario quem nobis exponit,

nit, quique in multis, ipſo ordinationis confectae tempore, nimirum anno MDXLVIII. & MDLV., quo uſque ut plurimum ex ſtylo iudiciario quem vocant iudicatum, ex conſervatione per Legem facta, longe eſt antiquior. Poterat ergo antiquitus iudex Germanicus, pro arbitrio aut banno, aut damno litis procedere, & actorem reo contumace penitus abſolvere, id quod eſt, *der Klage und des Gerichts ledig zu ſprechen.* Sed hodie non ita res procedit, & totus ordo iuris in tantum turbatus eſt, ut illo ſemel inverſo, de litium immortalitate non vanae dentur querelae. Rectius certe maiores, qui verum contumacem damno litis coërcuerunt, neque cauſas excuſandi frivolas admiſerunt. Qua occaſione nata, nihil vetat, de Proceſſu in contumaciam hodierno, & reliquiis Juris patrii in eo paſſim apparentibus, in genere non nihil diſſerere, aliis etiam eo ſpectantibus paſſim tactis. Et in *Mandato* quidem *ſine Clauſula* debite reproducto dubium ſecundum dicta haud eſt, Paritoriam in contumaciam latam, veram fuiſſe Paritoriam, quin etiam actorem contumacem, nulla alia re attenta, damni litis tuliſſe poenam. Reſtat huius moris in Camera quoad reum veſtigium, quia paritoriam *in* contumaciam publicatam, pro vera paritoria habent, *adiu*dicatis ſimul expenſis, nec ullus reo datur regreſſus, niſi praevia reſtitutione in integrum petita, iure probatas excuſandi cauſas attuliſſet, in quibus non facile eſſe ſupremum hocce tribunal, tradit L. B. DE CRAMER, ipſe iudicii Aſſeſſor. (*a*) Sed tamen non ſatis conſtans eſt ſibi praxis, cum ferantur paritoriae plures, & tandem etiam *mandato de exequendo in contumaciam decreto, admittant* non nulli *Exceptiones* easque validas, ubi refuſis expenſis, Mandati de exequendo valorem impediri nihilominus perhibent. (*b*) Ita vero ſemper reo contumaci via ad protelandam litem parata. Et haec quidem de reo. De actore autem, qui contumax olim plane in poenam repellebatur, & mandatum pro ſublato declarabatur, altum eſt ſilentium. Sed per ſe intelligitur, productis exceptionibus, & eo in replicando contumace, uti de hoc poſtea dicemus, (§. XVIII.) praevio in Camera proclamate, eum praecludendum, & ex actis, uti iacent, de Mandato

dato aut per paritoriam plenam confirmando aut caſſando pronunciandum eſſe, ubi deinde omnis cauſam ab interitu revocandi via praecluſa, niſi forte reſtitutionis in integrum remedio. Longe ergo hic deteriore conditione habetur contumax actor quam reus, qui in theoria proceſſus contumacialis in ordinario itidem utcunque mixta, melioris eſſe ſolet, cum reum tantum *ab inſtantia abſolvant*. (§. XVIII.) Effecere & hoc Juris patrii actoris contumaciae magis iniqui ſcintillae, quae in noſtra theoria Proceſſuali alias, etiam praeprimis in remedio reſtitutionis in Integrum, quoad actorem penitus extinctae ſunt, & is longe pinguiore quam reus iure gaudet. (*c*) Sed quis omnia id genus devia recenſeret!

(*a*) Obſerv. 50. p. 195. & O. 382. p. 829.

(*b*) CLAUDER diſſ. de ſentent. parit. in Camera Imp. uſitatis c. 2. §. 5. TAFFINGER Inſtitut. Jurisprud. Camer. Sect. IV. tit. 3. § 927. ſeq.

(*c*) Si enim in reum ſententia lata, ad imploratione actoris Executione proceditur, ſolenni quadriennii, ex Jure Romano adſcito tempore haud attento. Sed is ut ſtatim remedio ſuo utatur, opus habet. Quod ſi admittatur, res ſalva eſt. Sin vero eo cunctetur, executione facta, auditur quidem, ſed re, de qua litigatum, interea apud actorem, qui vicerat, exiſtente. Actor contra Sententia repulſus, gaudet integro quadriennii Reſtitutionis tempore, uti non ſatis ex Juris placitis, ita tamen de ſtyli iudiciarii conſtantia. Sed de his vide SENCKENBERG. Meditationes p. 428. ſq. & HASE diſſertat. de Reſtitut. in Integrum adverſus ſententias (Giſſae 1743.) §. 33.

§. XVI.

Haec quidem hactenus per tranſennam, de contumacia in cauſis mandatorum ſine Clauſula, & paritoriis in contumaciam. Si vero ad *Reſcripta & Mandata cum clauſula*, quae & ipſa Germanica ſunt deflectas, mirabere, qui, reproductione facta, in contumaciam ab iis ferri queat praevio proclamate, Paritoria, qui & Auſtraegas attendi hic volunt, & duplicem quaſi iuſſum ſibi imaginantur, ut aut pareat Impetratus, aut vero Exceptiones proponat. (*a*) Juris ratio ſecundum Leges Imperii potius in eo eſt, ut Mandatum ſine & cum Clauſula ſint quidem ſub eodem genere nimirum Mandato conſiſtentes ſpecies, non ita tamen ſecretae, ut diverſus Proceſſus modus obtineat, ſed ut ille idem ſit maneatque

neatque, unde etiam in ORDINATIONE CAMERALI, eodem titulo traditur, quicquid ad utramque ſpeciem pertinet, ne ulla quidem in modo procedendi ſtatuta differentia. Expeditionis etiam habitus idem, niſi quod in mandatis cum clauſula accedat, *im fall ihr aber durch dis unſer Keiſerlich Gebott beſchwert zu ſein, und warum ihr demſelben zu geleben nicht ſchuldig, erhebliche beſtändige Urſachen zu haben vermeynt: Alsdann ſo heiſchen und laden wir euch* &c. Id vero non ideo, ut in modo procedendi ſit differentia, ſed ut hic de cauſa, ſuper qua quaeſtio vertitur, diſceptare liceat; cum contra in Mandato ſine Clauſula ipſa cauſae qualitas non interveniat, ſed tantum violentia, aut utilitas publica, in quatuor per Legem relatis, vel aliis id genus caſibus obverſans conſideretur. In materia ergo Mandati conſiſtit differentia, quae nihil ad Proceſſus modum confert. (*b*) Et quia materia litis in Mandato ſine Clauſula non efficit, ut mandetur, ſed utilitatis publicae ratio, ipſius cauſae fatis, expreſſis verbis ad ſeparatum remiſſis; Hinc etiam cauſae iuſtificatio omittitur, & paritio ſine circuitu iniungitur; cum contra in Mandatis, quae cum clauſula vocant, ipſa *litis* materia tractetur, adeoque etiam verba Mandati ad illam ſint dirigenda, & Exceptiones ex ipſis litis viſceribus audiendae, (*c*) quod contra in Mandatis ſine Clauſula, vel re ipſa monente, ceſſat. Ut vero diſtinctius intelligas, hic unam eandemque eſſe Proceſſus formam, hoc perpende, ne nomina quidem mandati ſine aut cum Clauſula legi ordinationis Camerae anni 1555., eo effectu ut duplex inde Proceſſus ratio effingeretur, deberi, ſed practicorum placitis, unde nomina poſtea dubiis Cameralibus, & Sequioribus Legibus illata. Certe Conſilium Imperiale Aulicum ne hodie quidem novit nomina *Reſcriptorum ſine & cum Clauſula*, ſed unum idemque eſt nomen Reſcripti, ſive illud ſine, ſive cum Clauſula iuſtificatoria emiſſum, eadem forma proceſſus. Quid enim ad formam, ſi materia diverſa ſit? Inde vero hodie in Camera etiam, contumaci in Mandato cum Clauſula reo, imminet paritoria ſimplex; ſi vero Exceptiones reſervatae nullius momenti ſint, *reiectis illis, fer-*

tur

tur Paritoria annexa Citatione ad videndum se declarari in poenam. Qua ultima tamen ne quidem hodie opus. Quin imo parte utraque etiam usque ad quadruplicas forte & ultra audita, huic ipsi paritoriae, vel cassationi mandati, haud secus ac in Mandato sine Clausula locus sit. Nec hoc ideo, quia stylo Practicorum, (quae vox forte denotat homines a theoria nudos,) mandatum C. C. tum degenerat in Mandatum S. C. (*d*), sed eam ob causam, quia hoc etiam Mandato, quod C. C. vocant, aeque proprium est. Haec Metamorphosis Mandati in subsidium ignorantiae a veteribus excogitata, qui verum Mandati C. C. usum haud ceperunt, totamque illius theoriam annexis futilibus quibusque ratiociniis, turpem dederunt. Et certe illis, qui Mandatum. C. C. comparente reo degenerare in simplicem citationem credidérant, quo illud suo vigori in contumacia aut fine litis redderetur, atque nomen Mandati tueri posset, hac transmutatione opus erat. Nunquam vero aliis. Haec vero, quae censura notavi, talia omnino sunt, ut vix ea audiens sibi a risu temperare possit. Et quis huius transfigurationis usus? Fertur enim paritoria ad mandati C. C. formulam, nec mandatum ipsum C. C. olim emissum, paritoria lata, omissa Clausula rescribitur denuoque insinuatur, ut cerebrinam illam Metamorphosin ferre possit. Nihil metamorphoseos certe sine necessitate fingendum, aut Jurisprudentiae inanibus illudendum est, quam maxime simplicem esse convenit. Minimum non dicendum erat, transire Mandatum C. C. per paritoriam in Mandatum S. C., id quod ipsa rei evidentia falsum; sed ferri solum eandem paritoriam in Mandato sine & cum Clausula, id quod veritate nititur. Hoc autem dato, uti omnino id dandum, non differet ipsum Mandatum, non differet tota processus in utroque ratio. Eo ipso etiam efficietur, durante controversia super causalibus in Mandato cum Clausula, Mandati vim non magis suspendi, atque id fieri assolet in Mandato S. C. utrumque enim Exceptiones fert. Mandatum S. C. *Exceptiones facti* quas vocant, id est, e. g. non contraxi, non transegi, adeoque haud conti-

git

git factum Jure prohibitum, nullam violentiam intuli, nil damni non reparabilis ullibi apparet, nil feci quo liber fluminis cursus impediretur, aut usus illius deterior redderetur, res moram patitur, & similes. Mandatum cum Clausula autem *Exceptiones Juris* e. g. fidei commissum vires amisit, testamentum nullitate laborat, & his aequales, in quibus etiam facta occurrunt, veluti, solvi, satisfeci, transegi &c. sed haec ex causae visceribus, adeoque ad ius demonstrandum, non ad factum elidendum comparata. (*e*) Et intelliges hoc ipso per occasionem simul, quid sibi velit sermo ille alias satis obscurus, in Mandatis S. C. non obtinere nisi Exceptiones facti, contra in Mandatis C. C. exceptiones Juris. Id enim ut in se, si termini practicorum hoc modo explicentur, verum; ita omnino simpliciter dictum obscuritate laborat haud minima. Oportet autem pro rei intellectu, ad materiam utriusque Mandati attendere. Cum enim Mandatum S. C. non nisi ad *facta*, aut in se prohibita, e. g. violentae invasionis, aut ex Lege Camerali pro talibus reputata, quaestione iuris omnino semota pertineat, consequens etiam est, in eo non dari nisi exceptiones facti. Contra in Mandato cum Clausula *de ipsa causa*, non de factis disceptatur, nisi quatenus ad ipsa causae viscera adeoque Jus pertinent, unde etiam Exceptiones dicuntur *Exceptiones Juris*. Facta vero hic pro elidenda actoris intentione simul narrari probarique, ideo ex se intelligitur, quia super sola Juris thesi, sine hypothesi facti, nullus unquam foret processus. Quid vero planius? Et non nisi ignorantia maiorum obscuritatem invexit. Haec vero occasione contumaciae in Mandatis cum Clausula. De actoris autem contumacia, non laborabimus, cum eo à replicando praecluso, vel sic hodierno iure de valore aut elisione Mandati cognoscendum, & res iure terminanda sit. Id in calce monendum, non mihi hic in eo quod Juris esse statui, sermonem seri de placitis, quae praxeos in Camera vocant erroneis, sed de huius rei secundum Leges vero habitu.

(*a*) SGHWAN-

(a) SCHWANMANN Proc. Camer. L. II. c. 15. n. 5. MINDAN. de Mandat. L. II. c. 8. n. 2. GAIL. L. I. obſ. I. n. 5. *Recentiorum* eſt haec philoſophia de iuſſu alternativo, cum tamen exceptiones exhibendo rei non ſatisfactum ſit, nec a ſupremis curiis efflagitentur, ſed ex poſtfacto demum, ſi ſonticae ſint, admittantur, uti etiam in Mandato S. C. id accidit.

(b) Cit. SCHWANMANN l. c. n. 14. ubi: *& ſic proceſſus idem fere eſt, qui in Mandatis ſine Clauſula.* Aliter & non ſatis apte BLUM Pr. Cam. tit. 34. §. 55. ſqq. rectius BOCKEN ad eundem l. c.

(c) GYLMANN Tomo III. voce Mandata pro captivo relaxando § ult. qui dicit, in hac materia ideo C. C. mandari, quia ex materialibus exceptiones fieri liceat.

(d) BLUM. l. c. §. 58.

(e) Videndus DE LUDOLFF Comm. ſyſt. ſect. I. §. 10. p. 79. ſq. qui mihi hic non ſatisfacit. Et adhuc TAFFINGER Inſtitut. Jurisprud. Cam. §. 932.

§. XVII.

Id, quo praecedentia rectius capiantur, & lubet & licet adiicere, utique in contumacia adhuc hodie noſtram Jurisprudentiam Proceſſualem, & alias eſſe admodum turbidam, efficiente id theoria Gloſſizante. In eo conveniunt, etiam reum, qui *in Proceſſu ordinario* contumax ſit, praecludendum, atque actorem ad ulteriora admittendum eſſe. Referre id ſcito omnes. Sed contumaciae effectum determinant multis modis, ut alicubi gravior, alicubi levior ſit poena, ſecundum clauſulas poenales, a quoque iudicio adhici ſolitas. Scilicet theoria Proceſſus ſeculo XV. finiente ad ignorantiam declinans, ita erat conſtituta, ut mores patrii & Juriſprudentia Romana iuxta neſcirentur. Hinc nullum praeſidium in patriis, quae nimis dura & ſpernenda videbantur; contra parum etiam in Romanis, quae non ſatis noſcebantur. In Jure quidem DIGESTORUM Romano nullus integer Juris proceſſus, & de contumacia tantum hoc extat, quod reus abſens arbitrio Judicis multetur, Jure Pandectarum nulla diſpoſitione actorem tangente, niſi hac, eum in peremtorio termino abſentem, ſi reus compareat, inſtantiam

tiam perdidiſſe. (*a*) Sermo vero hic ſeritur de poteſtate iudicis ex formula, cui haud licebat ulterius procedere. Sed Praetor reo abſente litem plane finiebat. (*b*) Et id forte etiam abſente actore, ſi reus inſtaret. Sed de hoc certi quid aſſerere, hoc Jure haud licebit. In Jure CODICIS tamen & NOVELLARUM plura habentur, quae huc pertinere poſſint. Codex enim diſponit, actorem contumacem, ubi ex actis de Jure alterutrius non conſtat, eſſe omnino ab inſtantia removendum, & in expenſas condemnandum. (*c*) Si vero conſtet, iudicandum ſuper cauſa ex actis eſſe, contumace etiam victore, ſemper expenſas ſoluturo. (*d*) In reo ſimilis diſpoſitio, ita ut illo contumace ſolus actor audiatur, & in cauſa pronuncietur, nulla utrobique contumaci appellatione permiſſa. (*e*) Sententia autem in fine triennii, litibus civilibus praefiniti, pronuncianda. (*f*) Addunt novellae, abſentem ſive reum, ſive actorem, ubi rei alius exitus non eſt, cauſa cadere, ita ut & damna reſarciantur. (*g*) Hac vero diſpoſitione Juſtinianea, haud ſecus ac Germanicis non attenta, *abſolvunt* Jurisconſulti *reum ab inſtantia*. Provocant ideo ad Jus Romanum, aſt id quod iam retuli, & ex Juris ſcitis deduxi, non eſt abſolvere reum ab inſtantia, ſed actorem plane removere & condemnare, ut denuo cauſam reſuſcitare non poſſit. Male ergo illi, quos, ut a theoria nudos, practicos vocant, dum actorem, cui vetere Jure poſt triennium, quo res plane finem accipiebat, omnis actio negabatur, qui Novellarum Jure plane repellebatur condemnatus, ad novam inſtantiam admittere, adeoque lites aeternas efficere conſultum duxerunt.

(*a*) L. 2. pr. & §. I. ſi quis in Jus vocatus non erit, iuncta L. 68. - 74. de iudiciis.

(*b*) L. 75. D. de iudiciis, his verbis: *Si Praetor iuſſerit eum, à quo debitum petebatur, adeſſe, & ordine Edictorum peracto pronunciaverit abſentem debere. Non utique iudex, qui de iudicato cognoſcit, debet de Praetoris ſententia cognoſcere. Si autem morbo impeditus, aut Reipublicae cauſa avocatus adeſſe non potuit reus: puto vel actionem iudicati eo caſu in eum denegandam, vel exequi Praetorem ita iudicatum non debere.*

(*c*) L. 13. C. de iudiciis §. 2. ubi: *Et ſi quidem nihil ſufficiens actitatum eſt, ex quo poſſit termino cauſae certa fieri coniectura: volumus non ſolum partem*

tem fugientem ab observatione iudicii relaxare, sed etiam in omnes expensas quae consueto modo circa lites expenduntur, eum condemnare.

(*d*) Ibid. in seqq.

(*e*) Ibid. §. 3. 4.

(*f*) Ibid. §. 5. verbis: *Huiusmodi autem sententia prope finem triennii proferatur, pro quo & praesentem legem induximus.-Non autem tunc mors litis, & condemnatio in absentem introducatur, quae in his tantummodo casibus accidunt, in quibus triennii effluentis imminet formido,* Nov. 112. c. 3. & Authent. qui semel C. Quomodo & quando iudex sententiam proferre debeat, hoc modo: *His quoque praestitis, si interrupto duntaxat anno denuo litem deserit, post trium Edictorum & anni unius spatii observationem ab omni cadat actione.* Triennium certe excedere in lite civili finienda nunquam licebat. L. 13. Cod. de iudic. sed Practici, cum lites triennio non circumscriberent, nec in contumaciam actoris iis plane finem facere commodum duxerunt.

(*g*) Nov. 69. cap. 2. 3. & Auth. *qua in provincia* C. ubi de criminibus agi oporteat, ubi: *Sed si nec ipse qui Dominum (reum) praesentare debuit compareat, praeconis voce vocatus: condemnetur, quia contumacia eius pro praesentia est. Quod si desit actor cum reus venerit, sive miserit: absolvendus est: ut & damna ei resarciantur.*

§. XVIII.

Jam si processum Judiciorum Imperii hodiernum consideres, quando causa tali ordinaria nondum instructa, contumax sit sive actor, sive reus, de eoque constat, decernitur in Camera proclama *ein rufen.* Eo praevio, ulterius contumace actore, procedit absolutio ab instantia, cum condemnatione in expensas. Reo autem contumace, praevio itidem proclamate, causa iam instructa pronunciatur, aut illa nondum instructa, lite pro negative contestata declarata, actoris probationes recipiuntur, & sententia ex actis fertur, contumace sive victore, sive victo, in expensas condemnando. (*a*) Haec cum nulla Lege statuta, quam Juri Romano, & ei quod de Paritoria simplici dictum, sint conformia, (§. XV.) quilibet secum arbitretur. In Consilio contra Imperiali Aulico, vetus Germaniae mos magis illibatus superat. Reus enim contumax tribus vicibus monetur, ut excipiat, *sub poena litis alias pro contestata, & libelli pro*

